PROGYMNASMA SCHOLASTICVM.

Hoc est,

Epigrammatum Græcorum, ex Anthologia selectorum ab HE. STEPHANO, duplicique ejusdem interpretatione explicatorum Praxis Grammatica, ordine facili & perspicuo, omnia quæ in his occurrunt alicuius momenti & difficultatis vocabula explanans, & enodans, ad magnum tam docentium quam discentium emolumentum & levamen.

Opera & industria IOHANNIS STOCKVVOODI, *Scholæ* Tunbridgiensis *olim Ludimagistri.*

Græca præterea sunt omnia per lineas interlineares Latinis expressa typis, ad faciliorem eorundem *lectionem, in studiosæ juventutis gratiam.*

LONDINI,
Ex Typographia Adami Islip.
M.D. XCVII.

PROGYMNASMATA SCHOLASTICVM.

Herôi illuſtriſsimo & inclytiſſimo, *Domino Roberto Deuorax*, Eſſexiæ Comiti, tam pietatis & eruditionis *veræque religionis nomine inſigni, quam* omnium heroicarum virtutum, nobilitatiſque titulis præclaro viro, IOHANNES STOCKVVOODVS intemeratam & *conſtantiſſimam tam præſentis, quàm futuræ* vitæ fœlicitatem exoptat, *& precatur.*

PRæclara ſane conſuetudo, moſq; nunquam ſatis laudatus Perſarum eſſe traditur (generoſiſſime Comes) qui liberos ſuos, cùm omni virtutum genere, à teneris (quod aiunt) unguiculis imbuendos curârunt: tum præcipuè in hanc rem omni ſtudio & labore incubuerunt, ut tetterrimum ἀχαριστίας & ingratitudinis monſtrum cane pejus & angue odiſſe diſcerent. Ingratos enim (teſte Xenophonte) tanquâ in Deum contumelioſos, in patriam ſceleſtos, in parentes impios, in amicos deniq; parum officioſos ſumma ſeveritate coercẽdos ſtatuerunt. Et ſiquem, cum poſſet, gratiam non retuliſſe noviſſent, τοιοῦτον (ut illius

lius verbis utar) κολαζον ἰχνεύω. Et meritò quidem. Nihil enim iniquius est, & nil magis contra naturam ingrato, quem si dixeris omnia convitia (juxta tritum illud) dixeris. Nam quemadmodum animi grati testificatio multas in se virtutes complectitur, iustitiam verò & veritatem cum primis, quibus tam Deo, quàm hominibus quod debetur, reddimus: ita contrá ingratus animus est cõgeries ac veluti cumulus multorum vitiorum, quem jure omnes aversantur & detestantur. Nec magis est vulgatum, quàm verum, perire omne illud quod facis ingrato. In quam sententiam præclarè Lucianus:

Φαυλος ανηρ πλοος εστι τετρημενος εις ὁν ἁπασας
Αντλων τας χαριτας εις κενον εξεχεας.

Hæc autem tam altè repetito principio, á me (Comes inclytissime) dicuntur, ut meipsum, quem fateor tuæ Celsitudini multis nominibus esse tuo merito, immeritò devinctissimum, tum fœdi & tetri vitij suspicione apud omnem venturam posteritatẽ liberem. Non est enim exiguus omnis ferè loci & ordinis hominum numerus, quibus non innotescat eximius & singularis tuus erga me favor, piaque & honorifica tenuitatis

tatis & inopiæ meæ levandæ cura, quam ſcriptis, & ob malevolorum quorundam calumnias repetitis ad generoſos quoſdam noſtrates (Cantiani nempe agri incolas) literulis honorificétiſſimé es teſtatus. Cumque illarum ope & ſublevata noſtra miſeria, longeque maximus acceſſiſſet ad eandem prorſus minuendam atque adeo omnino tollendam cumulus, niſi obſtitiſſet invidorum & parcorum nonnullorum tenax & avara malevolentia: non poſſum ulla mihi ratione ſatisfacere, ſi non pro eadem apud omnes animi gratiſſimi ſignificationem teſtatam relinquerem. Accipe igitur (Comes illuſtriſſime) ea, qua ſoles, frontis & vultus ſerenitate novum hoc noſtrum inventum, & ſedulò navatam operam in uſum ſcholarum præcipué trivialium, Græcarumque literarum iuventutis ſtudioſæ gratiam, cuius ego ſtudia manibuſque pedibuſque obnixè promovere nunquam pro mea mediocritate deſtiti, à quo primum tempore laborioſiſſimã & ingratiſſimam ludimagiſtri functionem per longam annorum ſeriem in me ſuſcepeſim, cuius ego numeris recordatione

adeo adhuc recreor & delector, ut licet ab eodem per satis longum temporis intervallum jam sim separatus & segregatus, nō tamen non possum ad eadē studia quoties per alia negotia graviora licebit recurrere, iisdemque tam animi quám tædij levandi gratia meipsum exercere. Hasce ergo lucubrationes nostras serò & quasi postliminio tandem horis succisivis repetitas, Honori tuo, & amplitudini velut, indelebile & æternum grati animi & pectoris pro accepto beneficio μνημοσυνον, dicatas extare volui, quas humillimè à tua C. cōntendo, ut in bonam partem accipias, tuoque patrocinio & favore, quo gratius & lætius in publicū prodeant, tutari & defendere cōtra Momi, & Zoili linguam rabiosam, & lividos dentes honorificè digneris. Tunbrigiæ 12. Octobris, anno á partu virginis, 1597.

Honori tuo & amplitudini dedi-

tissimus, & obstrictissimus,

Ioan. Stockwoodus.

Ad candidum Lectorem.

Noli quæso (candide Lector) expectare ut ego multis disseram, vel de operis hujusce humilitate, vel instituti mei ratione, in eodem ad hunc, quem vides, modum edendo & divulgando. Ad prius enim quod attinet: vino vendibili nihil opus est suspensa hedera. Ex primo enim intuitu multiplex sese ostendit utilitas, quæ à diligente ejusdē lectione studioso cuilibet redundare queat, sive lectionis facilitatem, seu interpretationis perspicuitatem, vel omnium dictionum inclinabilium inflexionem, vel denique epigrammatum ipsorum variam variorum & eruditam versionem cum summo voluptate & suavissimo lepôre conjunctam spectare libeat, adeo ut qui præceptoris destituuntur opera, non difficulter per sese obscurissima quæq; nullo prorsus labore & negotio enodare & explanare queant. Quoad vero instituti nostri rationem, vo-

lui Græca omnia Latinis typis exprimere, ne le-
ctionis difficultas iuniores à legendo deterreret.
Quodsi gratam hanc operam nostram tibi fu-
isse intellexerò, revocabuntur hæc dennò fortasse
sub incudem, & nun pœnitenda accessione in u-
sum tuum correctiora & locupletiora aliquando
prodibunt. Interim obnixè es rogandus, ut pro
tua humanitate Typographorum erratis cle-
menter ignoscas, eademq; siquando in illa inci-
deris, benigne velis corrigere & emendare. Va-
le, & fruare, quæ in tuum commodum non sine
summo nostro labore sunt desudata.

Othoni Comiti Solmensi,

Domino Minzebergæ & Sonnevaldi, Hen. Stephanus, S. D.

SI verum est, Comes generosissime, quod Bilbilitanus poeta canit, id demum extra fortunā esse quod donatur amicis: nunc certe epigrammata mea, quæ ut in variis locis, ita etiam in variis scripta chartulis, sparsa jacebant, ideoque multis & ipsa periculis obnoxia erant, extra fortunam tandem esse putabo, in unum collecta, & tibi donata, qui mihi multorum es amicorum instar, & e cujus manibus in alias complures, eorum etiam quos longissimum locorum intervallum a nobis separat, ventura confido. Sed & alia me, ut ea tibi dicarem, causa impulit: nimirum quod illorum epigrammatum pleraque te inscio, in tua rusticana domo nata fuerint: adeo ut quodammodo vernarum tuorum loco, seu velim, seu nolim, censeri debeant. Sed cur nolim? quum tantum absit ut hoc nomen epigrammata mea dedignentur, ut contra maximum sibi eum honorem maximamque eam fœlicitatem contigisse existiment, & habere etiam sibi videantur, quod

quod reliqua, quibus non iidem natales contigerunt, ipsis invideant? Ac profecto, si quid ego de ipsis (ceu pater de filiis) judicare possum, paulo melius cæteris nata mihi videntur: sive loco, sive potius tibi aliqua ad acuendum meum ingenium vis insita fuerit. Cætera autem alibi quidem, sed ruri tamen & ipsa propemodum omnia scripsi, & quidem equitans pleraque, (de iis præsertim loquor, quæ ex meo ingenio profecta, non de Græcis sunt versa) & tædium laboremque viæ tacito hoc lusu fallens. Verumenimvero ex quo etiam commissum prælo fuit opus, non paucis extemporaneis epigrammatis ipsum locupletavi. Quin etiam varias quarundam interpretationes eo ipso tempore numero auxi: quod me facturum nequaquam sperabam quum opus prelo tradidi. Hinc contigit ut quum in ipso libro, cuidam districho quinquaginta & unam interpretationes duntaxat adjecturum me pollicitus essem, adjectas centum & quinque inventurus sis. Quod si quis plura me præstare quam promiserim, & (ut ita dicam) superare promissa, nō putat esse stare promissis, (quum ego contra dupliciter stare promissis, appellandum id censeam) eum rogatum velim, ut earum quas promiseram lectione contentus sit. Equidem juvenes poetices studiosos non minori cum voluptate quam a me scriptæ sunt, eas lecturos confido. Quæ autem præter voluptatem utilitas ex hujusmodi varietate interpretationum elici que-

at,

, oſtendam aliquãdo, Deo favente, in eo quem
e poeticis adminiculis & ornamentis edam li-
o, ubi & de veteri ſcribendi carminis metho-
o agetur.

Cæterum quod ad eum attinet quem habui e-
grammatum delectum, in eo certe ſi omnibus
on ſatisfecero, nequaquam me ſpes mea fruſtra-
tur. Quum enim ſatis intelligerem quam diver-
ſint palato (quemadmodum Horatium illi con-
ivæ) ut aliorum ſcriptorum, ita etiam epigram-
atum lectores, adeo ut quod vim optime ſapit,
teri plane inſipidum videatur: minime dubitavi
ore ut aliqua hinc excluſa, magis quam quæ ad-
iſiſſem, aut etiam admiſſurus poſthac eſſem, le-
toribus nonnullis placerent. Atque ut de aliis e-
igrammatis taceam, ea profecto quæ ſub Palla-
æ nomine in Anthologia extant, non itidem ex-
uſurus fuiſſet Eraſmus, utpote ſummus ejus ad-
irator, atque laudator. Sed ego contra in eo
unc laudante, judicium (ſi quicquam in tanto vi-
o deſiderare fas eſt) deſidero, alioſque multos
idem deſideraturos mihi perſuadeo. Ne tamen
oc miror, atque ut potius ea etiam quæ infinitos
eprehenſores habeant, aliquem alicubi laudato-
em invenire poſſe exiſtimem, faciunt non diver-
ſolum ſed contraria duorum graviſsimorũ ſcri-
torum de uno eodemque dicto judicia. Id autẽ
ſt de natali Alexandri magni die: & a quibuſdã
egeſiæ Magneſio, ab aliis Timæo adſcribitur.

Quum

Quum enim eo ipso die, vel (ut alij) ea nocte qua natus Alexander esset, Ephesiæ Dianæ templum deflagravisset, minime id esse mirandum dixit: quod Diana, quum in portu Olympiadi adesse voluisset, abfuisset domo. Hoc enim dictum quum a Plutarcho (qui Hegesiæ adscribit) exhibetur, ut omnino frigidum, & quidem adeo frigidum vt vel magnum illud incendium extinguere potuerit: a Cicerone contra (qui Timæo tribuit) honorifice excipi & valde laudari comperio. Quæ ego tantorum virorum tam contraria judicia apud me considerans, cogitari cœpi, fore itidem fortasse ut quod aliquis Plutarchus in hoc libro reprehenderet, aliquem Ciceronem laudatorem inveniret. Verum si tu, generosissime Comes, cui hæc qualiacunque sunt, lubenter dico, lubenter exceperis, & lectione tua, inter præstantissimos utriusque linguæ autores, dignatus fueris, mihi profecto multorum Ciceronum instar esse poteris: idque in magni beneficij loco, & cujus nomine mihi gratulari debeam, deputabo. Vale, & me in eorum numero repone quos tua ista tam fœlicis & tantæ spei indoles sibi obstrictos habet.

Henricus

Henricus Stephanus Lectori, S. D.

QVum varia variis in locis diverſiſq; temporibus epigrammata è Græcis Latina feciſſem, & quidem habito eorum delectu, ea quæ ideo diſperſa in tenebris jacuerant, tandem recolligens, una eademque opera prelo committenda & luce donanda cenſui. Sed quum anteà in animo habuiſſem, omnia quæ ab aliis reddita nanciſci poſſem, iis quæque locis inſerta, unà cum eis edere, duo tunc fuerunt quæ me ad mutandã ſententiam impulerunt. Vnum, quòd ſelecta epigrãmata vocari non potuiſſent (quod nomẽ eis indere & volebã, & poterã) utpote nõ habito à ſingulis eorũ delectu: alterũ, quòd nõ ſolũ infœliciter & horridè ſcripta eſſent permulta, ſed etiã rã infideliter verſa, ut mihi earũ rerũ cõſcio illa obtrudere pro epigrãmatis quæ è Græcis expreſſa dici poſſent, religio eſſet. Quãobrẽ iis tantummodo quæ à me reddita erant, aliorũ interpretationes ſubnexi: non tamẽ omnibus, quòd nonnulla ab alio nemine (quod ſcirem) reddita extarẽt. Nec verò novæ ſunt hîc meæ duntaxat interpretationes, ſed illæ quoq; quæ *P. Sch. Meliſſi* nomen præfixum habent. In quibus quã fidelis interpretis officio functus ſit (ut cætera in præſentia taceã) collatio cũ interp. ad verbum, iis etiã qui Græcæ linguæ aut nullã aut parvã peritiã conſequuti ſunt, apertè oſtendet. Eadẽ cettè, quàm infideliter contra nonnulli in interpretando ſe geſſerint, iiſdẽ vel primo aſpectu patefaciet. Neq; n. diſſimulare velim, in iis quoq; epigrãmatis quæ hîc ab aliis reddita habes, eſſe non pauca in quæ jactari quiddã tale poſſit quale in ſticho in pictorem ſcripto jactatur in hoc volumine cũ videlicet pinxiſſe εἰκόνα, πλὴν τῶν μιμήσεται, (cujus vultum effingere & exprimere volebat) πάσην ὁμοιοτάτην. Ita n. illi epigrãmata Latinũ è Græco faciunt Πλὴν τῶν ὁ μιμήσεται, πάσην ὁμοιοτάτην. Quòd ſi quis exẽpla deſiderat, è multis duo proferã. Vnum lib. 2. ubi quũ dicat *Lucillius*, Siquis nudã Antipatrã Parthis oſtendiſſet, ultra columnas Herculis fugiſſent: quidam vertit,

Si quis apud Parthos nudam Antipatrã mihi monſtret,
Herculeas is me viderit ad ſtatuas.

Alterum

Alterum ex libro primo, ubi quum Palladas quoddam e pigramma ita ordiatur. Εκλήθην παρὰ σοῦ τοῦ ῥήτορος, id est, vo catus sum à te rhetore, (ad epulas videlicet, aut ad pran dium, vel cœnam) sive invitatus: is qui carmine ipsum re didit, ita vertit illa verba, Rhetora me dicis. Quod si in lo cis tam claris & perspicuis ruunt velut in tenebris, & om nia miscent, quid eos in obscuris facturos putemus? Quo quot tamen nactus sum epigrammatis alicujus à me ver interpretationes aliorum, eas, qualescunque sint, præt paucas, hîc invenies. Hoc enim fatebor, exeunte jam è pr lo volumine isto, quasdam in manus meas venisse quæ o missæ per incuriam fuerant: sed dignas certè quæ etia consultò (ut multæ ex iis quæ suis locis positæ fuerunt) o mitterentur. Ex illis enim est una hoc distichum secund habens,

Enumerans autem in lecto quantum dare oportet
Pro medicorum opera, si auxilientur ei.

Ex eo numero est & distichi cujusdam interpretatio, cuj hic posterior versus nihil minus esse videtur quàm vers

Quocirca sumto fune statim interijt.

Hæc autem ideo profecto, ut videns qualia sint quæ præte misi, eorum desiderium facilius feras: utpote qui, quum i ea incideris, non thesaurum profectò sed carbones reper rus sis. Nisi fortè thesaurum esse putas hoc distichum (quo certè non per incuriam, sed consultò prætermissum esse fa teor) quatuor erroribus insignitum, haud sanè vulgaribu & ejusmodi ut non typographo sed ipsi poëtæ laudem e rum tribuendam esse manifestissimum sit. Ita enim scri tum extat.

Me sequi si placuit errantem in invia taurum,
Mugitum, ut vocitem, adde Cupido mihi.

Vides lector quales interpretationes inter paucas illas e rum quæ selegi epigrammatum reperiantur: quid si igit omnes omnium quæ extant interpretationes in unum c pus redegissem! Tam monstrosum certè illud fuisset ut jus aspectus, potius quàm Antipatræ illius, ultra Herc columnas fugiendus esset. Adde quòd nonnulla ejusmo sunt ut Oedipis duntaxat, non item Davis, scripta esse

deantu

leantur: ex quibus sunt hæc duo cujusdam è Lib. 2. petiti pigrammatis disticha,

Hic præses semper sacram insipidam facit aram:
Hostia quum adducta est, cuncta iterum ille rapit
Est Jovis ambrosia hinc gratus cibus: unus ego essem
Si vestrûm, fame jam perditus ipse forem.

Omitto errorem circa quantitatem syllabæ hîc admissum n Fame: neque enim tam severus censor esse velim, ut huusmodi etiam minutias persequar. Et fateor quidem nonullos circa syllabarum quantitatem errores doctis etiam obrepere, sed non tam crassos, tamque pudendos. Alioqui enim vix veniam in his impetrant, qui in aliis tolerantur. Exemplo fuerit vox convitia, quam secunda brevi extulit lle idem hoc in versu, Convitia inclinant libram, sejuncta b amore. Nam hoc erratum non miramur, sed toleramus uodammodo in eo qui in (fame) posteriorem corripit: at non itidem in Vrsino Velio, ita scribente, Convitia ista puer imirum ridet, & ipsis, &c. Ideoque emendandum censuinus, quum mutari duntaxat ordinè verborum necesse esset. Omitto & alia non pauca, quæ in plerisque interpretatiibus meritò quis reprehendat. Neque verò hæc à me ita licuntur, quasi ex eorum, qui peccaverint numero eximêum me censeam, sed potius ut eorum quæ peccaverim antò facilius veniam impetrem. Eam certè si non in aliis pigrammatis, at in iis saltem quibus varias interpretatioes dedi, facilè me impetraturum confido, utpote non viam ab aliis jam tritam ingredientem, sed viam potius aliis ternentem, Vale, & meis laboribus fave.

Ad Lectorem Φιλέλλην.

Præscindit glaciem, facilemq; ad Achaica tempe
Hic liber aut nullus fert tibi, lector, opem.
Doctoris placido mulcebit tædia cursu
Discipulis rudibus grande levamen erit.

Præter duplicem omnium horum epigrammatum *Henrici Stephani* interpretationem, unam ad verbum, alteram carmine, eorundem pleraque carmine etiam interpretantur ab alijs.

Loci insuper aliquot ejusdem *Stephani* annotationibus sunt illustrati.

Adjiciuntur in fine ejusdem interpretationes centum & sex unius distichi.

Hic iam accessit nova horum omnium epigrammatum carmine interpretatio, per *Ioannem Stockwoodum*, imò cum alterius cujusdam distichi variationibus quadringenti & quinquaginta, & aliis nonnullis ab eodem ad rei literariæ Tyronum exercitium adjectionibus lectu non injucundis.

In has *Henrici Stephani* selectiones, earundemque varias, & doctas interpretationes *Joan. Stockwoodi* tetrastichon.

Vel Stephano Stephanus dignus, si quis fuit alter,
Vel nullus Stephano dignus in hoc opere.
Digni sunt alij: genere hoc tamen omnibus anteit,
Et Stephanus stephano dignior est aliis.

EPIGRAMMATA GRÆca, selecta ex libris Anthologiæ nomine inscriptis.

Cum duplici interpretatione, vna ad verbum, altera carmine, vtraq; HENRICI STEPHANI: quibus aliq; aliorum interpretationes plerisq; in locis accedunt, vna cum noua eorundem omnium interpretatione per *Ioannem Stockwoodum* Anglum.

Ex libro primo, Titulo { *Eis agōnas.* / *Εις αγωνας.* } *id est, In certamina.*

Pagina 1. editionis eiusdem Stephani.

Damagētou.

Δαμαγητου.

Oi' apo Messanas, oui' Argothen eimi palaistas:
Τι' απο Μεσσανας, υι' Αργοθεν ειμι παλαιστας·
Sparta moi, Sparta kudianeira patris.
Σπαρτα μοι, Σπαρτα κυδιανειρα πατρις.
Keinoi, technasntes: egōge men, hōs epeoike
Κεινοι, τεχνασντες· εγωγε μεν, ως εοικα
Tois Lakedaimoniōn paisi, biā kratō.
τοις Λακεδαιμονιων παισι, βια κρατω.

Μεσσανα pro Μεσσηνα, & Μεσσανας pro Μεσσηνας, doric. 2. d. simp. Παλαιστας, doric. pro παλαιστης, 1 d. pr. d. simp. Κεινοι, æolicè, & poeticè, pro εκεινοι.

Τεχνασντες, part. pass. acr. 1, à τεχναομαι. Εοικα, impersonaliter. Πας, σδε, σ, ι, 3. d. simp. Βια, ας, 2. d. simp.

Interpretatio Henrici Stephani *ad verbum.*

NEque à Meſſana, neque ab Argis ſum palæſtrita:
Sparta mihi, Sparta inclyta (eſt) patria.
Illi arte valent; ego verò, vt decet
Lacedæmoniorum filios, viribus vinco.

Idem Damageti epigramma carmine redditum ab Henric. Steph.

Non oriunda mea eſt Meſſana, Argiſuè palæſtra:
Sparta viris floren: Sparta mihi eſt patria.
Arte valent illi: mea vult victoria vires,
Si Lacedæmonio eſt digna futura viro.

A Paulo Schedio Meliſſo.

Non ego Meſsena pugil ortus ab vrbe, nec Argis:
Sparta mihi eſt, celebris Sparta, paterna domus.
Ars opus eſt illis, aſtúſque: ego robore vinco,
Ceu Lacedæmoniûm fortia corda decet.

Aliter ab eodem.

Non ego Meſsenam luctator iacto, nec Argos,
Clara viris Sparte, patria terra mihi eſt.
Arte illi vincunt, aſtúque: ego (quippe Lacônum
Condecet hoc gentis pectora) vi ſupero.

A Thoma Venatorio.

Non ego Meſſanæ, nec ego Luctator in Argis
Natus: ſed patria eſt inclyta Sparta mihi.
Illi fraude ſtudent, ego (quod Lacedæmone nati
Eſt proprium) didici vincere vi propria.

Ab Ioanne Gorræo.

Non me produxit pugilem Meſſana, vel Argos:
Sparta mihi, Sparta eſt patria, clara viris.

rte illi certant, ego magno robore vinco,
Vt quos Spartani progenuêre, decet.

A Fran. Bellicario.

Non ego Messâna venio luctare, nec Argis:
Patria Sparta mihi est, patria Sparta mihi.
rte illi superant: at ego, qua vincere fortes
Par Lacedæmonios, vincere vi didici.

Ab Ioanne Stockwoodo.

Non ego iacto pugil Messenam, iacto nec Argos:
Inclyta Sparta mihi, Sparta mihi patria est.
rte illi præstant, sed ego, vt Lacedæmone natus,
Marte ferox vinco, Robore victor ego.

Ex titulo {*Eis ampelon.* / *Εις αμπελον.*} *i. In vitem.* Pag. 2.

Philippus.

Φιλιππος.

IS sepagos duserēmos, anēlios, exesthrepsen,
Ις σε παχυς δυσερημος, ανηλιος, εξεθρεψεν,
E boreon Skuthiēs, ampelon agriada?
Η βορεω Σκυθιης, αμπελον αγριαδα;
kelidōn niphoblētes aei krumōdees Alpeis
κελτων νιφοβλητες αει κρυμωδεις Αλπεις
Tēs te sidērotokou bōlos Ebēriados.
Της τε σιδηροτοκου βωλος Εβηριαδος.
s tous omphakorāgas egeinao tous apepantous
τυς ομφακοραγας εγειναο τυς απεπαντους
Botruas hoi stuphelēn execheon staguna.
Βοτρυας οι, στυφελην εξεχεον σταγονα.
xēmai Lucoerge teas cheiras, hās apo rhizēs
χημαι Λυκοεργε τεας χειρας, ας απο ριζης

Επηρσεν. Βορειος p. d. simp. Αμπελος, ου, 3. d. simp. Αγριας, αγριαδα, quint. d. simp. Νιφοβλητες, sine contractione pro νιφοβλητους pr. d. contract. Κρυμωδεις, sine contractione, pro κρυμωδους, pr. d. contract.

Klēmatos ōmorokon blaston holon sherisēs.
Κληματος ωμοτοκον βλαστον ολον θερισης.

Σιδηροτοκος, adiectiu. Ομφακοεις γης, ὁι. quint. simp. Εχηνεο, aor, pr. med. pro εχανου ἀ χαινω. Απτητος, πτυ Βοτρυς, υος, ὁ: quin. sim. Στυφελος, λη, λον. Εκχεω, Στυγων, ονος, ὁ: quin. sim. Λυκεργε, sine contr. pro Λυκεργη, ἀ Λυκεργος. Χερσε, poet, pro χειρσε, ἀ χειρ, χειρος quin. sim. Ριζα, ης, ἡ, s. d. simp. Κλημα, ατος, το, 5. simp. Ωμοτοκος, κη, κον. Βλαστος, ὁ. i. d. sim. Ολος, λη, λον. Θερίζω.

Interpretatio ad verbum.

QVis te collis desertus, sole carens, educauit,
An borealis Scythiæ (collis) vitem ingestem?
An Celtarum obrutæ niuibus, semper algidæ Alpes,
Et ferrum parientis gleba Iberiadis? (id est, Hispaniæ)
Quæ illos quib⁹ acerbi sunt acini genuisti, illos immaturos
Racemos, qui (dentium) habitatricē (seu constrictricē) effu-
derunt guttam?
Quæro Lycurge tuas manus vt à radice
Palmitis acerbipari germen totum metas.

Idem Philippi *epigram. carmine redditum ab* Henr. Steph.

Te vitem agrestem quis Phœbo imperuius ipsi,
Quis collis Scythiæ te borealis alit?
Celtarumne Alpes niuibus glacieque rigentes,
Glebáne te ferri nutrit Ibera ferax?
Proh quàm immaturis & acerbis fœta racemis,
Quorum scit dentes sic beberare liquor!
Quæro Lycurge tuam dextram, vt radicitus illud
Germen acerbipari palmitis omne metas.

AP. S. Melisso.

Quis te collis iners aluit, nec apricus? an axis
Frigentis Scythiæ, vitis agreste genus?
An niue Celtarum stantes; algoribus Alpes,
Anne metallifera sulcus Iberiados?
Te, quæ tam tristes immaturáque dedisti

Vuas vnde acidum protulerit laticem.
almas Quæro Lycurge tuas, vt stirpis ab imo
Germen abortiferi palmitis omne seces.

Ab Ioanne Baptista Pio.

greſtem vitem te numquid inhoſpita Phœbo
Saxa aluêre, Scythas propter Hyperboreos?
elcarum gelidæne Alpes, tumulíque niuales?
An tellus ferri mater Ibera trucis?
nmatura acinis, triſti fœcunda racemo,
Nil niſi duritiem, nil niſi virus habes.
uæro Lycurge tuas falces, radicitùs omnis
Turpis vt ancipiti pampinus ære cadat.

A Gorræo.

uis Phœbo inuiſus collis, vacuúſque colonis,
An Scythicus boreas te, fera vitis, alit?
n gelidæ & niuibus canæ brumalibus Alpes,
Anne ferax ferri gignit Iberus ager?
ora adeò cruda es, duríſque auſtera racemis,
Ex quibus ingratus fluxit in ora liquor.
uæſo Lycurge ades huc, radicitùs omnia crudi
Palmitis incurua germina falce metas.

A Bellicario.

uæ regio glacie concreta, incognita Phœbo,
Deſerta, agreſtis vitis alumna fuit?
n Scythia & denſis præruptæ montibus Alpes,
Glebáne ferriparæ triſtior Heſperiæ,
rudeles acinos & amaras protulit vuas,
mmite ac crudum quæ genuêre merum?
ę ades, & falcem qua concidat aſpera vitis,
Huc ades, & falcem mitte Lycurge tuam.

Ab Ioan. Stockwoodo.

uis locus incultus, regio quæ imperuia ſoli,
ylueſtrem vitem protulit atque aluit?

Num Scythiæ iuga dura, Alpes niuibúsue rigentes,
Fœta vel Heſperiæ gleba métalliferæ?
Quàm profers triſtes acinos, dentéſque hebetantes,
Qui crudum atque acidum progenuêre merum?
Nunc opus eſt Lycoërge tua (fidiſſime) dextra:
Stirpitùs hanc vitem demeto (quæſo) trucem.

Adēlon, } id eſt, Incerti autoris.
Αδηλον, }

TIs poē' akēdestōs oinotrophon omphaka Bakchou
Ις ποτ' ακηδεστως οινοτροφον ομφακα Βακχου
Anēr ampelinou klēmatos exetamen:
Ανηρ αμπελινου κληματος εξεταμεν·
Cheilea dē stuphtheis chamadis balen, hōs an hedoitais
Χειλεα δη στυφθεις χαμαδις βαλεν, ὡς αν ἡδοιτο
Eiē neisomenos hēmidaes skubalon?
Ειη νεισομενος ἡμιδαες σκυβαλον;
Eiē hoi Dionusos anarsios, hoia Lukourgō.
Ειη οι Διονυσος ἀναρσιος, οἱα Λυκουργω.
Horti min auxomenan esbesen euphrosunan.
Ὁρτι μιν αυξομενην εσβεσεν ευφροσυνην.
Toude gar an tacha tis dia pomatos ē pros aoidas
Τοὐδε γαρ αν ταχα τις δια ποματος ἡ προς ἀοιδας
Elusthen, ē goerou kēdeos esche lusin.
Ηλυθεν, ἡ γοερου κηδεος εσχε λυσιν.

Οινοτροφος, ε. Ομφαξ, ακος, ἡ, ξ: ſimp. Αμπελινος, η, ον. Κλημα, ατος, το, ξ. ſimp. Εξεταμεν, aor. 2. act. ab εκτεμνω. Χειλεα, pro χειλη, ſine contr. à χειλος, ους, pr. contract. Στυφθεις, part. paſſ. aor. 2. à στυφομαι. Βαλεν, ſine augmento poët. pro εβαλεν, aor. 2. act. à βαλλω. Οἱτινες, ε, pr. ſim. Νεισομενος, à νεισομαι, part. à νεισομαι. Ἡμιδαες, neut. ab adiect. Ἡμιδαης, ους, ὁ, ἡ, pr. contract. Μιν, pro ἱ, Doricè. Ἐμμενον. Αυξομενην, Doric. pro αυξομενην. Ευφροσυνην, Doric. pro ευφροσυνην. Εσβεσεν, aor. pr. act. ind. à σβεννυμι. Πομα, ατος, το, ξ. ſimp. Αοιδη, ης, 2. ſim. Ηλυθεν, aor. 2. act. ind. ab ερχομαι, anomalo. Γοερος, ερα, ερον. Κηδος, ους, το, pr. contr. Εσχε, 2. act. ind. à εχω. Λυσις, ιος, ἡ, 2. contr.

Interpretatio ad verbum.

QVi ſnam temere (vel inconſiderate) vini altricem vuã
Vir ex viteo palmite abſcidit: (maturam Ba
L

Labra autem hebetatus (seu constrictus) humi proiecit, vt
Esset iter facientibus semesæ quisquiliæ? (viatoribus
Sit illi Bacchus hostis, sicut Lycurgo,
Quoniam ipsi crescentem extinxit lætitiam.
Hunc enim fortasse aliquis per potum aut ad cantus
Veniisset, aut à luctuosa cura habuisset liberationem.

Idem incerti Autoris epigram. carmine red-
ditum ab Henric. Steph.

Vuam vinifero quis Bacchi è palmite vulsit,
Nacta fuit primam quam sua forte manus:
Moxque hebetata sibi quum sensit labra, reliquit
Semesa in mediâ frusta iacêre viâ?
Infestus sit Bacchus ei, velut aste Lycurgo;
Exoritura illi gaudia namque rapit.
Potus enim hic alicui dictasset carmina forsan,
Aut graue tristitiæ corde fugasset onus.

A P. S. Melisso.

Ecquis homo viridem divulsum impunè racemum
Pampineo Bacchi palmite deripuit:
Oribus infectis & humi semesa reiecit
Frustula, vadentum nempe terenda pede?
Tale sit huic Euan infestus, quale Lycurgo;
Ausus enim est augmen stinguere lætitiæ.
Forsitan hoc aliquis potu vel dicere cantus,
Vel nosset curas demere corde graues.

A Gorræo.

Quis temere hanc vuam tenero de corpore matris
Ausus vesana dissociare manu:
emesamque via media proiecit, acerbus
Quod tristi sensu strinxerit ora sapor?
Iuicodium Bacchus tantum gerat atque Lycurgo,
Crescentes quoniam perdidit ille iocos.
Hanc qui libasset quondam, vel ludere versu
Vel poterat cura soluere corda graui.

A Bellicario.

Quis temerè hinc Bacchi nutrices rusticus vuas
Fregit & à tenero palmite dissecuit:
Illisitque ad humum constrictus labra, viator
Calcet vti pedibus præterienſque terat?
Vltrix te soboles perdat Semeleia, quisquis
Ausus crescentem perdere lætitiam.
His aliquis tristes potuisset soluere curas,
Humidulo aut doctos ore ciere modos.

Ab Ioanne Stockwoodo.

Quis temerè altricem vini decerpserat vuam,
Palmite vitifero, quis tibi Bacche rapit:
Atque reiecit humi constrictus labra, viator
Qua posset duram pellere forte sitim?
Sentiat infestum Bacchum prout ante Lycurgus,
Nascentes quoniam diripit ille iocos.
Hac poterat tristis duras propellere curas,
Ora vel in dulces soluere læta sonos.

Ex titulo { *Eis anapērous,* / *Eis anapyrus,* } *id est,*

In mutilatos, Pag. 4.

Philippus.

Φιλιππου.

PEros ho men guiois, hud' ar' ommasin: amphoteroi de
Πηρος ὁ μὲν γυιοις, οὐδ' ἀρ' ὀμμασιν· ἀμφοτεροι δὲ
Eis haustous to tuchēs endees ēranisan.
Εις αὐστους το τυχης ενδεες ηρανισαν.
Tuphlos gar lipogurion epōmadion baros airōn,
Τυφλος γαρ λιπογυιον επωμαδιον βαρος αιρων,
Tais keinou phōnais atrapon ōrthobatei.
Ταις κεινου φωναις ατραπον ωρθοβατει.

Γυιον, ι, το, 3. d. sim. Ομμα, ατος, το, quint. simp. Ενδεης, εος, ὁ, ἡ. το ενδει: pr. cont. Ηρανισαν, i. aor. act. ind. ab ερανιζω. Βαρος, εος,

Pan

panta de tauť edidaxe pikrẽ pantolmos anagkẽ,
Πάντα δὲ ταὐτ' ἐδίδαξε πικρὴ παντόλμος ἀνάγκη,
Allẽlois merisai tos' llipes eis eleon.
Ἀλλήλοις μερίσαι τὸ λλιπὲς εἰς ἔλεον.

το, pr. contract. Φωνη, ης, 2. d. simp. Ωρδοβατεω, pr. c. contr. Κεινος, ρτο ειν, ab εκεινος, Aeol. & poët. Παις, παιδος, παν. Εδιδαξε, 1. aor, act. ind. à διδασκω. Αλλήλος, λη, λον. Ιδιτολμος, ὁ, ἡ: το μεν. Τὸ λλιπὲς, pro το ελλιπες. Ανα, κη, ης, 2. simp. Μερίσαι, inf. act, aor. 1. à Μερίζω. Ελεος, υ, ὁ, 3. simp.

Interpretatio ad verbum.

Mancus hic quidẽ (erat) pedibus, ille verò oculis: ambo autẽ
in se (mutuò) fortunæ defectum (id est, quod deerat for-
tunæ vitio, vel culpa) erogarunt.
Cæcus enim defectũ pedibus superhumerale onus portãs,
illius verbis viam conficiebat recta incedendo.
Omnia autẽ hæc docuit acerba, quæ audet omnia, necessitas
sibi inuicem partiri quod deerat, ad misericordiam.

Idem Philippi *epigram. carmine redditum ab* Henric. Steph.

Vnus luminibus captus, pedibus fuit alter:
Alter ab alterius sorte leuamen habet.
Iam captum pedibus dum portat cæcus, ab illo
Discit quæ pedibus sit via recta suis.

Idem epigram. ab eodem redditum liberius alio carminis genere, quòd in præcedens ingredi Necessitatis vocabulum non potuerit.

Coque claudus esset vnus quum pede,
Coque captus esset alter lumine,
Omnium vt rependant illud sortis inuidæ,
Sunt mutuum atque mutuantur inuicem.
Portatur (ecce) claudus à cæco; viam
Rectam vicissim claudus hic cæcum docet.
Magister huius quis fuit solertiæ,
Et quæ magistra? Nempe tu necessitas,
Non insolens res insolentas edere;

Miseratione cogis

Miseratione regis illos mutua
Sortis malignæ damna sic rependere.

Ab Othomaro Luscinio.

Coniunxit fortuna duos fæliciter orbos
Quondam: alter cæcus, claudus at alter erat.
Illius hic humeris fertur (res mira) vicissim
Voce regens gressus, latiuagósque pedes.
Durior en ferro quid non molitur egestas.
Mutui & in sociis hic amor officij?

A Bellicario.

Hic oculis, pedibus captus sed & ille, rependunt
Fortuna inuectam nec minus inde vicem.
Fert humeris claudum cæcus, claudúsque vicissim
Signat voce regens & moderatur iter.
Indiga sic natura iubet, durúmque necesse
Alternas tetrica lege subire vices.

Ab Ioanne Stockwoodo.

Hic pede mancus erat, sed & alter lumine luscus:
Præstat & alternas pars sibi quæque vices.
Námque humeris mancum portabat cæcus, eúndem
Claudus sed stabili dirigit ille gradu.
En sic naturæ compensat vterque necesse,
Mutui & officij dulce leuamen erat.

Eis hēmixēron aitēsanta Adrianon
Εις ἡμιξηρον αιτησαντα Αδριανον
ton basilea trophēn.
τον βασιλεα τροφην. } Pag. 5.

HEmisu mou tesbnēke, tod' hēmisu limos elegchei.
Ἡμισυ μου τεθνηκε, τοδ' ἡμισυ λιμος ελεγχει.
Sōson mou basileu mousikon hēmitonon.
Σωσον μου βασιλευ μουσικον ἡμιτονον.

Ἡμισυς. εος, ὁ: το ἡμισυ, adiect. 5. simp. Τεθνηκε, præt. act. ind. à θνησκω, anomalo. Ελεγχω, ind. præs. act. Σωσον, 1. aor. imp. act. à σωω, pro σωζω. Βα

Interpretati

Interpr. ad verbum.

In semiaridum, qui petierat ab Adriano
rege victum.

DImidia pars mei interiit, dimidiam autem partem fames
Serua meum rex musicum semitonum. (tentat:

Idem epigram. carmine redditum
ab Henric. Steph.

Pars nostri est defuncta fame, pars altera tabet:
Assere semisonæ, rex, mihi plectra lyræ.

A Bellicario.

Dimidius perij, reliquum premit acris egestas:
Hemitonum serua, rex Adriane, meum.

Ab Ioanne Stockwoodo.

Pars nostri tentata fame perit, altera languet:
Hemitonum saluum serua Adriane meum.

Apokrisis ton basileōs.
Αποκρισις τυ βασιλεως.

AMphoterous adikeis, kai Ploutea kai Phaethonta
Αμφοτερους αδικεις, και Πλυτεα και Φαεθοντα;
Tou men es' eisoroōn, toud' apoleipomenos.
Τυ μεν ες' εισορεων, τυδ' απολειπομενος.

Αμφοτερος, εα, ερ. εν. Αδικαω, p. con. contract. Πλυτευς, εος, ε. contr. ο. Φαεθων, οντος, ϛ. simp. ὁ. Εισορεων, part. act. præ. sine contract. Tonice ab εισορεω. Απολειπομενος, part. præs. med. ab απολειπομαι.

Interpretatio ad verbum.

Responsum regis.

Ambobus iniuriam facis, & Plutoni, & Phaethonti (si soli.)
Hunc quidem quòd adhuc intueris, ab illo autē quòd abes.

Idem epigram. carmine redditum
ab Henric. Steph.

Vtrumque offendis, Plutonémque & Phaëtontem:
Illum quod fugias, hunc quia cernis adhuc.

A P. S. Melisso.

Offendis geminos, Phaethontáque Plutonémque:
Illum & contuitu, hunc & remorante fuga.

A Bellicario.

Certè vtrosque, ferum Ditem Phaethontaque frustras;
Illum non adiens, hunc etiam aspiciens.

Ab Ioanne Stockwoode.

Defraudas geminos, Plutonem cum Phaethonte,
Illum deuitans, hunc quòd adhuc videas.

Ex titulo { *Eis andreian kai andreious.* / Εις ανδρειαν και ανδρειους. } *id est,*
In fortitudinem & fortes viros. Pag. 6.

Ioulianos apo hyparchōn, Aigyptios.
Ιουλιανος απο ὑπαρχων, Αιγυπτιος.

A

Mēter hyia, liponta machēn meta potmon hetairōn
Μητηρ υἱα, λιποντα μαχην μετα ποτμον ἑταιρων
Ektanen, ōdinōn mnēstin anēnamenē.
Εκτανεν, ωδινων μνηστιν ανηναμενη.
Kai gar gnēsion haima diakrinei Lakedaimōn
Και γαρ γνησιον αἱμα διακρινει Λακεδαιμων
Allē marnamenōn, ou geneē brepheōn.
Αλλη μαρναμενων, ου γενεῃ βρεφεων.

Μῆτηρ, ερος, & ηρ, ὁ. 5. *simp.* Τηνε, ος, ὁ. *vide in Græcis grammaticis varias huius vocis inflexiones.* Λιπων, οντος, *part. act. aor. 2. à* λειπω. Μαχη, ης, 2. *sim.* Πόλεμος, υ, ὁ. 2. *sim.* Ἑταιρος, υ, ὁ. 2. *simp.* Εκτανεν, *aor. 2. act. ind. ab* κτεινω. Ωδινη, ης, 2 *simp.* Μνηστις, ιος, ἡ. 2. *contr.* Ανηναμενος, *part. aor. 1. med. ab* αναινομαι. Γνησιος, α, ον. Αἱμα, ατος, το, 5. *simp.* Διακρινω. Αλλη, ης, 2. *simp.* Μαρναμενος, *par. præs. med. à* μαρναμαι. Γενεη, *pro* γενια *Ionicè, à* γενια, ας, 2. *simp.* Βρεφος, εος, το, *pr. contract. sed hoc loco non contrahitur more Ionico, qui omnes ferè contractiones respuunt.*

Interpre-

Interpretatio ad verbum.

Mater filium, qui deseruerat aciem post necem sociorum,
Occidit, dolorum partus memoriam auersata:
Nam legitimum (vel germanum, vel genuinum) sanguine
discernit Lacedæmon
Virtute præliantium, non ortu (seu genere) infantium.

Idem Iuliani *epigram. carmine redditum ab* Henr. Steph.

Hæc natum occidit, socijs qui Marte peremtis
Fugerat, & partus noluit esse memor.
Namque haud legitimus Lacedæmone sanguis ab ortu
Censetur: laudem hanc dextera fortis habet.

A *Paulo Schedio Melisso.*

Occidit natum genitrix oblita dolorum,
Qui cæcis sociis signa reliquit iners.
Non serie sobolis metitur corda Laconum vrbs,
Robore pugnantum sed genuina putat.

A *Bellicario.*

Dum fugeret, natum mater Spartana cruento
Ense necat, patriæ dedecus vlta suæ.
Germanam sobolem non ortu Sparta, sed ipsis
Bellantumque animis roboribusque probat.

Ab *Ioanne Stockwodo.*

A bello fugiens post tristia fata suorum,
Truncatur matris vindice iure manu.
Legitimam sobolem discernit robore Sparta,
Ortu non generis, sanguinis aut serie.

Agathion Scholastikon eis ton Aiantos lithon.
Αγαθιου Σχολαστικου εις τον Αιαντος λιθον.

ΜΕ me ton Aianteion anochmasseias hodita
Με με τον Αιαντειον ανοχμασσειας ὁδιτα

Αιαντειος, α, ον.
Ανοχμασσειας,

Petron,

Petron, akoneisten siētheos Hektoreon,

Πέτρον, ἀκονείστην σιδηρέος Ἕκτορος.

Eimi melas, trēchus te: su d' eireo theion Homēron

Εἰμι μελας, τρηχυς τε· συ δ' ειρεο θειον Ὁμηρον?

Pōs ton Priamidēn exekulisa pedō.

Πως τον Πριαμιδην ἐξεκύλισα πεδῳ.

Nun de molis baion me parochlizousin arourēs

Νυν δε μολις βαιον με παροχλιζουσιν ἀρουρης

Anthrōpoi, geneēs aischea lougaleēs.

Ἀνθρωποι, γενεης αἰσχεα λυγαλεης.

Alla me tis krupseien epi chthonos: aideomai gar

Ἀλλα με τις κρυψειεν ἐπι χθονος· αἰδομαι γαρ

Paignion outidanois andrasi gignomenos.

Παιγνιον οὐτιδανοις ἀνδρασι γιγνομενος.

aor. pr. Aeolopsat. Act. ab αποχμαζω. Οὐδενος, ῃ, ον, pr. simp. Στηθος, εος, το. pr. constr. sine contractione (hic) Ionice. Μελας, αινα, αν. Τρηχυς, εια, υ, pro τραχυς, Ionice. Ειρεο, pro ειρε Ionice. imp. pass. præs. ab ειρομαι. Πριαμιδης, δου, ὁ. simp. Ἐξεκυλισα, aor. 1. act. ind. ab εκκυλιοω. *Angetur in medio Attice.* Πεδον, ου, το, pl. simp. Παροχλιζω ind. præs. act. Ἀρουρης, pro εσσι, Ionic. ab αρουρα, ας, 2. simp. Γενεης, pro ας, Ion. à γενεα, ας, 2. simp. Αισχεα, sine contr. pro αισχη, Ion. ab αἰσχος, εος, τ, pr. constr. Λυγαλεης, pro ας, Ionic. à λυγαλεος, α, ον. Κρυψειεν, aor. pr. act. opt. Aeol. à Κρυπτω. Χθονος, ονος, ῃ, ὁ. sim. Οὐτιδανος, ῃ, ον. Ανηρ, ειρος, & δρος, ὁ. ὁ. simp. Γιγνομενος, ῃ, ον, p. præs. pas. à Γιγνομαι.

Interpretatio ad verbum.

In Aiacis lapidem.

NE me Aiaceum illum è terra attollas viator
Lapidem, iaculatorem pectoris Hectorei.
Sum niger & scaber: sed pereontare diuinum Homerum
Quomodo Priamidem deuolui in solum.
Nunc autem vix parum me summouent à terra
Homines, seculi probra pernicioſi.
Verum me aliquis abscondat in terram: erubesco enim
Lusus hominibus nihili esse.

Idem Agathiæ Scholastici epigramma, carmine redditum ab Henric. Steph.

Illum me Aiacis lapidem ne tolle viator,
Me iaculatorem pectoris Hectorei.

Sum ſcaber atque niger : ſed perconteris Homerum
Qua vi proſtratus ſit mihi * Priamides.
Nunc me (quæ tetri magna eſt infamia ſecli)
Vix tantillum vllus tollere poſsit humo.
Sed me aliquis tellure tegat: nam mollibus iſtis
Nunc equidem luſum me pudet eſſe viris.

* Hector Priami filius.

A Gerreo.

Quid lapidem Aiacis de terra tollere tentas?
Sum quem ille intorſit pectus in Hectoreum.
Sum niger atque aſper : per me diuinus Homerus
Priamidem cecinit procubuiſſe ſolo.
Nunc me vix homines, huius ludibria ſecli,
Tantillum valeant ſede mouere mea.
Me ergo quiſquis ades, tellure reconde ſub ima:
Ludicrum ignauis me pudet eſſe viris.

A Bellicario.

Aiacis lapidem ne me, ne tolle viator,
Deturbatorem pectoris Hectorei.
Sum niger atque aſper : diuinum conſule Homerum
Quo tum Priamides impete ſtratus humi eſt.
Nunc me vix homines ſecli ludibria edacis,
Vix me, inquam, totis viribus vſque mouent.
Condite me terra miſerûm ſimulachra virorum:
Teſtis ego veſtræ non ero mollitiæ.

Ad Ioanne Stockwoodo.

Me lapidem Aiacis de terra tollere noli,
Conſtrenatorem corporis Hectorei.
Sum niger atque ſcaber : vatem ſed perlege Homerum:
Hectora quo fudi te docet ille modo.
Sed me vix homines (ingrati opprobria ſecli)
Tantillum è terra nunc remouere ſolent.
Si quis me tumulet? pudor eſt, ludibria vanis
Tantum Heroa prius, iam ſore grata viris.

Eis Rhomēn.

Eis Romulum.

Krinagorou.

Κεινηγορυ.

Oud' ēn Okeanos pasan plēmmuran egeirei,
Τοῦ' ὶω Ωκεανος πασαν πλημμυρα εγειρει,
Oud' ēn Germaniē Rhēnon hapanta piē,
Ουδ' ην Γερμανιη Ρηνον απαντα πιη,
Rhōmēs oud' hosson blapsei sthenos, achrike mimnē
Ρωμης ουδ' οσσον βλαψει σθενος, αχρις μιμνη
Dexia sēmainein Kaisari tharsaleē
Δεξια σημαινειν Καισαρι θαρσαλεη
Houtō kai hierai Zenos drues empeda rhizais
Ουτω και ιερη Ζηνος δρυες εμπεδα ριζαις
Hestâsin, phullōn d' aua cheous' anemoi.
Εστασιν, φυλλων δ' αυα χεους' ανεμοι.

Πας, πασα, παν. Πλημμυρα, ας, 2. simp. Εγειρω. Ρηνος, ου, ὁ, ι. sim. Απας, ασα, αν. Παω, aor. 2. act. sub. à πιω, anomalo. Βλαψ, f. 1. act. ind. à βλαπτω. Σθενος, ους, το, pr. contr. Μιμνη, præs. sub. act. à μιμνω. Σημαινειν, infini. σημαινειν. Καισαρ, αρος, ὁ. ς. sim. Θαρσαλεη, pro θαρσαλεα Ion. à θαρσαλεος, α, ον. Γενος, εος, εος, εον. Ζευς, Διος, anomalum. Δρυς, υος, ἡ, quinq. simp. Ριζα, ης, ἡ, 2. sim. Εστασιν, præs. ind. act. ab ιστημι. Φυλλον, υ, το, 3. simp. Αυος, α, ον. Χεους' per aphæresin, pro χεουσι, à χεω. Ανεμος, υ, ὁ, 3. simp.

Interpretatio ad verbum.

NOn si Oceanus omnem inundationem excitauerit,
Non si Germania Rhenum totum biberit,
Romæ vel tantillum labefactabit robur, donec manebit
Cæsaris dextra ad imperandum audax.
Sic & sacræ Iouis quercus firmiter radicibus
Stant, ex foliis autem ea quæ sunt arida decutiunt venti.

Idem Crinagoræ in Romam epigr. carmine tum ab Henr. Steph.

Non si vasta omnem potet Germania Rhenum,
Oceanus tumidis claustra reuellat aquis,

Scuti

Sentiet hinc vllam tua, Roma, potentia labem,
Cæsaris inuictâ sceptra tenente manu.
Sic sacrata Ioui quercus radicibus hæret
Fixa, leues frondes excutiente noto.

A P. S. Melisso.

Quamlibet Oceanus totis exæstuet vndis,
Cunctaque vel Rheni Teuto fluenta bibat:
Ausonias haud franget opes, dum salua manebit
Cæsaris imperio fulta potente manus.
Sic Iouis & quercus radice tenaciter hærent:
Aridulas solùnt ventilat aura comas.

Aliter ab eodem.

Oceanus cunctos vt vbique regurgitet æstus,
Sorbeat & Rheni flumina Teuto bibax;
Intactum vrbis erit robur, modò dextera dures
Cæsaris, imperij firmæ potentis ope.
Sic Iouis immotæ quercus radice tenaci
Stant; at sicca noti rapta ferunt folia.

Ab Ioanne Sleidano.

Oceanus moueat licèt omne vndique fluctus,
Et potet Rhenum Teutona terra suum,
Non cadet imperium Romæ, quo tempore Cæsar
Præerit, ac solus publica facta reget.
Sacra Ioui quercus nam sic radicibus hæret,
Et tamen aridulas huc rapit aura comas.

A Bellicario.

Oceanus quamuis omnes exuscitet vndas,
Rhenum Germanus ebibat vsque suum,
Nil Latias lædet vires, modò fida superstit
Promptaque ad imperium dextera Cæsaribus.
Sacra Ioui quercus firmis radicibus hæret,
At venti ex foliis aridiora ferunt.

Idem epigram. Andræas Alciatus partim interpretatus, partim imitatus est, hoc modo.

Oceanus quamuis fluctus pater excitet omnes.
Danubiumque omnem barbare Turca bibas,

Non tamen irrumpes præfracto limite, Cæsar
Dum Carolus populo bellica signa dabit.
Sic sacræ quercus firmis radicibus adstant,
Sicca licet venti concutiant folia.

Ab Ioanne Stockwoode.

Oceanus non si toras exuscitet vndas,
Vel tua, Rhene, bibant cuncta fluenta Scythæ,
Roma aut tantillum quatietur, sit modò salua
Cæsaris inuicti dextera prævalida.
Sic sacrata Ioui quercus sit firmiter, eius
Dum recidunt frondes, discutiente noto.

Aliter abeodem.

Oceani quamuis tumeant fera flumina magni,
Ebibat aut Rhenum Teutona terra suum,
Non cadet imperium tibi (Roma;) verùm vsque manebit
Hocque dabit tutum Cæsaris alma manus.
Sic Iouis immota quercus radice virebit,
Aridulæ quamuis dissiluêre comæ.

Archiou. } Pag. 7.
Αρχεω.

Hon polemos dediõs ouk ãlese, nun hupo nousou
Ὁν πολεμος δεδιως ουκ ἁλεσε, νυν ὑπο νουσε
Thlibomai. end' idiõ tẽcom' holos polemõ.
Θλιβομαι. ενδ' ἰδιω τηκομ' ὁλος πολεμῳ.
Alla dia sternõn ithi phasganon: hõs gar aristeus
Αλλα δια στερνων ἰθι φασγανον· ὡς γαρ ἀριστευς
Thnẽxom' apõsamenos kai nosou hãs polemou
Θνῃξομ' ἀποσαμενος και νοσου ἁς πολεμου.

Δεδιως, τυο Δεδιηως, Ionic. part. præt. med. à δεδω, anom. Ωλεσε, aor. 1. act. ind. ab ολλω, inusitato. Νουσε, Ionic. pro νοσου, à νοσος, ου, ὁ, 3 sim. Ιδιος, α, ον. Τηκομ' per apheresin, pro τηκομαι. Πολεμος, ε, ὁ, 3. simp. Στερνον, ε, το, 3. simp. imper. ab εμι, vado. Αριστευς, ῆος, ὁ, 3. contr. Θνῃξομ' pro θνῃξομαι, per apheresin, f. 1. medium à θνω, anomalo. Αποσαμενος, η, ον, part. med. aor. 1. ab αποδιω. νος, ε, ὁ, 3. sim.

Interpret

Interpretatio ad verbum.

Gc) quem bellū metuens non perdidit, nunc à morbo
Premor: inq; proprio (seu priuato) tabesco totus bello.
aque per pectora ito ensis: vt enim vir fortissimè se gere-
loriar, depulso etiam morbo sicut bello. (re solitus

Idem Archiæ epigram. carmine reddituum ab Hen. Steph.

Nunc premor à morbo, timuit quem perdere bellum,
Tabesco bello totus & in proprio.
At tu haurito ensis mea viscera: pellere morbum
Vt bellum, forti mors ea digna viro.

A Paul. Sched. Melisso.

Quem bellum metuens non perdidit, atterit ægror:
Omnis & in propria marceo militia.
Iade agè per pectus, mucro: ceu bella, quod ægrum est
Perpulero; fortem mors decet ista virum.

A Thoma Venatorio.

Omnia quem perdens bellum non perdidit olim
Me morbus bello nunc premit in proprio.
Hucigitur veniens feriat mea pectora ferrum;
Morbum ita, ceu bellum, vicero vel moriens.

Aliter ab eodem.

Quem non perdiderat bellum, consumor ab ipso
Morbo, ceu bello qui perit in proprio.
Huc ensis propera per languida pectora, victor
Scilicet vt morbum pellere morte queam.

A Gorræo.

erdere quem pridem timuerunt prælia, morbo
Nunc intestino captus, vt hoste, premor.
ed moriar vir fortis (ait) morbique leuamen
Ensis per nostrum corpus adactus erit.

A Leodeg. à Quercu.

ne ego quem trepidum nequiit disperdere bellum,

Opprimor à morbo, qui mihi militia est.
Vulnifice ergo ensis pectus mihi triste penetra,
Vt pellam morbum nunc quasi militiam.

A Bellicario.

Quem metuens Mauors non perdidit, angit eundem
Morbus atrox: bello sic domor ipse meo.
Vade, subi ô ensis languentia pectora; morbum
Ceu bellum euades, victor vt inteream.

Ab Ioanne Stockwoodo.

Perdere quem meruit bellum, me morbus acutus
Affligit; bello si premor ipse meo.
Fortia nunc ensis per pectora transeat, ægrum
Quod fuerat, pellam: mors decet ista virum.

Timas an eipoi logous Hectōr tuxōsko-
Τινας ἀν εἰποι λογους Ἕκτωρ τυχωσκο-
menos hup' Hellenōn. } Pag. 8.
μενος ὑπ' Ἑλλήνων.

Βάλετε, imp. præs. act. à Βάλλω, anomalo. Ποτ', ποτι, ὁ, ἡ, ϑ. simp. Ἐμοι, ἡ, μοι, pronom. Δεμας, τὸ, indeclinabile. Αὐτος, τη, το, pron. Νεκρος, ὁ, & τὸ νεκρον. Λεων, οντος, ὁ, ὁ, simp. Ἐνυβρίζω, ind. act. præs. Λαγωοι, ὁ, ἡ, ϑ. simp.

Ballete nun, meta potmon, emon demas: hosti kai autoi
Βάλλετε νυν, μετα ποτμον, ἐμον δεμας· ὁστι καὶ αὐτοι
Nekrou sōma leontos ephubrizousi lagōoi.
Νεκρου σῶμα λεοντος ἐνυβριζουσι λαγωοι.

Interpretatio ad verbum.

Quæ verba dicere possit Hector, dum vul-
neratus à Troianis.

COnfigite (vel vulnerate) nunc post mortem meum cor-
pus: quoniam & ipsi (pore
Mortui corpus leonis iniuria contumeliaque afficiunt lo

Ide

Idem epigramm. carmine reddi-
tum ab Henric. Steph.

Exanime hoc nostrum Graij nunc cædite corpus:
Vel leporum insultat defuncto vt turba leoni.

A P. S. Melisso.

Nunc mea defuncti concerpite membra: vel ipsi
Infestant lepores quoque mortua terga leonis.

A Thoma Moro.

Proijcitote meum Danai post fata cadauer:
Non metuunt lepores defuncti membra leonis.

A Cornario.

Dehinc fato functum Danai iactate cadauer:
Extincti violant lepores quoque membra leonis.

A Vincentio Obsopæo.

Post mortem Danai nostrum configite corpus:
Et lepores audent cæso insultare leoni.

A Venatorio.

Hectora post obitum Danai lacerate: leonis
Audet in extincti corpore sæpe lepus.

Aliter ab eodem.

Post mortem Danai nostrum discerpite corpus:
Sæpe lepus risit fata leonis iners.

A Bellicario.

Exate ô nostrum Danai post fata cadauer:
Audunt cæso lepores quoque sæpe leoni.

Ab Alciato { *Paraphrastikῶs.* / Παραφραστικῶς.

Iacidæ moriens percussu cuspidis Hector.
Qui toties hostes vicerat ante suos,

Comprimere haud potuit vocem insultantibus illis,
Dum curru & pedibus nectere vincla parant.
Distrahite vt libitum est: sic cassi luce leonis
Conuellunt barbam vel timidi lepores.

Ab Ioanne Stockwoodo, verbum fere de verbo.

Figite nunc post fata meum corpus: quia & ipsi
Conculcant lepores defuncti terga leonis.

Aliter ab eodem,

Defunctum corpus Danai violate: leoni
Extincto illudunt vel timidi lepores.

Alkaios Meßēnios.
Αλκαιος Μεσσηνιος.

Μαχανα, *impera. præs. med. à* μαχανομαι. Τειχος, εος, το, I. *contr.* Ζευ, *voca. à* Ζευς, δος, *anomal.* Ολυμπιος, πια, ον. Ριξε, *poet. demto augmento, pro* ἐρριξε, *aor. p. ind. act. à* ῥιζω. Αμβατος, ὁ, ἡ, το, ον. Χαλκειος, α, ον. Κλειε, *imp. act. præs.* κλειω. Πυλη, ης, ἡ, 2. *simp.* Μακαρ, αρος, ὁ, ἡ, ϛ. *simp.* Σκηπτεσσι, *Dorice, pro* Σκηπτρασι, *& Ionice* σκηπτεοισι *à* σκηπτεον, ν, το, 3. *simp.* Φιλιππος, ν, ὁ, 3. *simp.* Διεσμαρται *pro* Διεδαιμαρται, *per syncopen. præt. pass. ind. à* Δαιμαομαι. Λοιπα, *Dorice, pro* λοιπη λοιπος, η, ον. *Sic hoc loco* α *pro* η.

Μακανα τειχη, Ζευ Ολυμπιε· ῥιξε Φιλιππος
Αμβατα· χαλκειας κλειε πυλας μακαρων.
Και γαρ χθων ἡ ποντος ὑπων σκηπτεσσι Φιλιππω
Διεσμαρται, λοιπαδ' ἁ προς Ολυμπον ὁδος.

Interpretatio ad verbum.

EXtende (in maiorē altitudinem) mœnia, Iupiter Olympice. effecit Philippus
Scansilia: æreas claude portas beatorum.

Nam tellus & pontus ſub ſceptris Philippi
Domita ſunt; reliquum autem (eſt) ad Olympum iter.

Idem Alcæi Meſſenij epigram. carmine reddituum ab Henric. Steph.

Iuppiter augeto tua mœnia: namque Philippo
Peruia ſunt: pateant ænea clauſtra cauę.
Iam mare iam tellus regis ſub ſceptra Philippi
Concedunt: ſupereſt nunc ad Olympon iter.

A P. S. Meliſſo.

Mœnia duc altè, pater: en rex illa paratus
Scandere ferratas claude fores ſupetûm.
Nam mare, nam tellus ſceptris ſubiecta Philippi
Iam parent: cœlo quid niſi reſtat iter?

A Gorræo.

Iuppiter aggeribus cœlum munito: Philippus
Nunc animo cœli ſcandere regna parat.
Iam mare iam tellus illius ſubdita parent
Imperio, ſupereſt ſidera celſa regat.

A Bellicario.

Mœnia ſtellati produc Saturnie Olympi,
Protegat auguſtos ærea porta deos.
Suppoſuit ſceptro terram Pontumque Philippus,
Quæ ferat in cœlum ſola relicta via eſt.

Ab Ioanne Stockwoodo.

Alta magis Iupiter fac mœnia, claude Philippo,
Siderei claudas ænea clauſtra poli.
Nam mare nam tellus ſunt huic ſubiecta: quid vltra
Reſtat? ſtellati nil niſi tecta poli.

Reſponſum Iouis ad Alcæi Meſſenij epigram. per P. S. Meliſſum.

Nec volo nec poſſum protendere mœnia cœli,
Haud tanti eſt vllus rex mihi, nullus erit.
Peruia ſint quamuis & terra fretumque Philippo,
Clauſa via eſt cœli: reſtat ad Orcon iter.

Ab Ioanne Stockwoodo.

Nolo, licèt possim, cœli præcludere portas:
Ecce Philippe tuas nil ego curo minas.
Si tibi terra patet, sceptris si subditur æquor,
Inuia sed cœli est ianua: adito Stygem.

Philippus. Pag. 9.

Φιλιππος.

Πωλυ, *pro* πολυ, *Ionice, ab anomalo* πολυς, πολλη, πολυ. Λεωνιδιω, *pro* λεωνιδᾳ, *Ion. à* λεωνιδης, ου, ι. *simp. Notandum etiã hoc loco quòd in mẽsuratione huius carminis pro* λεωνιδᾳ *dicendum* λεωνιδω, *contrahendo* εω *in* ω.

Πολυ Λεωνιδιω κατιδων δεμας αυτοδαικτον
Χερξης εχλαινεν φαρεϊ Πορφυρεῳ.
Κακ' νεκυων δ' ἐχεσεν ὁστας Σπαρτας μεγας ἡρως.
Ου δεχομαι προδοταις μισθον ὀφειλομενον.
Ασπις μοι τυμβος κοσμιος μεγας: ἐντεα Περσων
Ηξω εις αϊδην ὡς Λακεδαιμονιος.

Nonne mater (ejus) amat Martem, uxor autem eſt
Vulcani, communis & igni & enſibus?
Matris autem mater Thetis nonne ventorum flagellis
Horrendū clamat? (genitor autem, neque quis, neq; cujus)
Idcirco Vulcani quidē habet flammam, fluctibus autē aram
Amplexatus eſt parē, Martis vero ſanguine inquinata tela.

Idem eiuſdem Meleagri epigr. carmine redditum ab Henr. Steph.

Quid mirum ſi ſævus Amor flammantia tela
Conjicit,

Conjicit, & risu est si tamen ille procax?
Nonnè hujus mater, Vulcani est uxor, amica
Martis, communis ignibus & gladiis?
Quid matris mater? ventorum nonnè flagellis
Attonat? (at patrem dicere nemo potest)
Ergo habet à Vulcano ignes, à fluctibus iram:
A Mavorte autem tela cruenta capit.

A P. S. Melisso.

Hócne novum est, hominum pestis si flammea torquet
Tela, procaxque frequens lumine ridet Amor?
Martem nonne parens amat illius, & simul uxor
Vulcani est, ac jus ignis & ensis habet?
Matris item mater Thetis an non verbere Caurûm
Rauca fremit? (dubium quis sit: & unde pater)
Mulciberis flammas, similemque hinc fluctibus iram est
Nactus, & uncta feri tela cruore Dei.

Ab Vrsino Velio.

Tela nihil mirum si lethifer ignea torquet,
Illicibusque oculis usque lubescit Amor.
An non Martem amat, & non est Vulcania conjux
Mater? & hinc ferrum tractat & inde focum?
Nonnè mare est hujus, ventorum verbere, mater
Vasta fremens? genitor nemo, nec alterius.
Quare Mulciberi flammam dea fluctibus iram
Æquam amat, & Martis tela cruenta gerit.

A Luscinio.

Quid mirum, crudelis Amor si spicula versat
Ignea, nec risu temperet immodico?
Num genitrix Marti communis Mulciberoque,
Ensibus & flammis gaudia magna capit?
Mater huic numquid fuit & mare flatibus horrens,
Majorumque refert stemmata clara puer?
Vulcani est ignis, pelagi furor additus iræ,
Telaque Gradivi sanguinolenta patris.

Ab Ioanne Stockw.

Hocnè novum, flammas ſpirantia tela Cupido
Si mittat, ridens ſi ſit, & uſque procax?
Mater amat Martem, Vulcano conjuge gaudens:
Ignes & ferrum ſic habet ales Amor.
Et Veneris Thetis eſt mater, quæ verbere venti
Horrendum inclamat: ſed quem habet illa patrem?
Ignes Vulcanus, dant iram flumina, ferrum
Mavors, Hæc Cypris tela cruenta gerit.

Του αυτου. Τε αυτε. } Pag. 472.

Γηρασκει, indic. præſ. act. à γηρασκω, anomalo. Καλος, λη, λον. Sed hîc videtur capi ſubſtantivè. Μεταδος, imperat. act. aor. 2 à μεταδιδωμι. Απιλθη pro απελθη per apoſtroph. aor. 2. act. ſub. ab απερχομαι anomal. Μενει, ind. act. præſ. à μενω. Τις, τινος, ὁ, ἡ, το, τι, τινος. ſimp. Φοβῦ, ind. præſ. paſſ. à φοβεομαι. Τωδ' pro τουτο per apoſtrop. ab ὁδε, ἡδε, τοδε, pron. Διδοναι, inf. præſ. act à διδωμι.

Ει μεν γηρασκει το καλον, μεταδος πριν απελθη.
Ει δε μενει, τι φοβη τωδ' ὁ μενει, διδοναι;

Ei men gēraskei to kalon, metados prin apelthē.
Ei de menei, ti phobe touth' ho menei, didonai;

Interpretatio ad verbum

SIquidem ſeneſcit pulchritudo, impertire priuſquã abeat?
Si autem manet, cur times hoc quod manet, dare?

Idem eiuſdem Meleagri epigr. carmine redditum ab Hen. Steph.

Si tua forma perit, cur quod perit: Aula, negabis?
Si manet, annè neges quod manet uſque dare?

A P. S. Meliſſo.

Si cadit, imperti, formæ quàm flos cadat: at ſi
Durat, quod durat cur dare quæſo times?

Ab

Ab Vrſino Velio.

Si perit, impertire priuſquam forma ſeneſcat:
Si manet, an dubitas id dare quod remanet?

Ab Ioanne Stockwoodo.

Anla(rogo)imperti peremptis gaudia formæ:
Sin maneat, dubitas quod manet uſque dare?

Aliter ab eodem.

Gellia cur non das formæ ſolatia dulcis
Quàm perit illa priùs (res levis iſta) dato.
Sed ſi permaneat conſtans, nulloque peribit
Tempore, hancce minus tunc dubitato dare.

Rhouphinou. *Pυφινυ.* } Pag. 474.

PAllas eſathrēſasa, kai Hērē chruſopedilos,
Παλλας ισαθρησασα, και Ηρη χρυσοπεδιλος,
Maionin, ek kradiēs ïachon amphoterai,
Μαονιν, εκ κραδιης ïαχον αμφοτεραι,
Ouk eti gumnoumesthα krisis mia poimenos arkei.
Ουκ ετι γυμνουμεσθα· κρισις μια ποιμενος αρκει.
Ou kalon hēttasthai dis peri kalloſunēs.
Ου καλον ηττασθαι δις περι καλλοσυνης.

Παλλας, ασδος, ἡ, ſ. *ſimp.* Ισαθρησασα, ασα, ον, *part. act. aor.* 1. *ab* ισαθρεω, 1. *contr.* Ηρη, ης, *Ion. pro* ερα, ερας, 2. *ſimpl.* Χρυσοπεδιλος, λα, ὁ, ἡ, λον, το. Μαιονις, ιδος, ἡ, ſ *ſimp.* Κραδιης *pro* ας, Ionicè à κραδιη, ης, *pro* α, ας, 2. *ſimp.* & eſt præterea κραδιης *pro* καρδιης, *per literarum metathesin, ſive tranſpoſitionem.* Ιαχον, *imperf. ind. act. ab* ïαχω. Αμφοτεραι, ερα, ερον. Γυμνουμεσθα *Ionicè, pro* γυμνουμεθα, *ind. præſ. paſſ. à* γυμνοομαι, 1. *contr.* Κειμαι, ειος, *& Ionicè* εος, ὁ, 2. *contract.* Εις, μια, ἑν, ſ. *ſimp.* Αρκει, *ind. præſ. act. ab* αρκεω, 1. *contract.* Καλος, λη, λον. Ηττασθαι, *inf. præſ. paſſ. ab* ητταομαι, 2. *contract.* Καλλοσυνη, ης, 2. *ſimp.*

Interpretatio ad verbum.

PAllas conſpicata, & Iuno aureos calceos habens
Mæonin, ex corde clamarunt ambæ,

Non amplius nudamur: indicium unum pastoris (Paridis)
sufficit.
Non pulchum est superari bis de pulchritudine.

Idem Ruphini epigr. carmine redditum ab Henr. Steph.

Mœonin intuitæ Iuno pugnaxque Minerva.
Ex imo hos ambæ corde dedere sonos,
Haud jam nudamur: judex satis esto bubulcus.
Forma haud sit probrum bis superata leve.

A P. S. Melisso.

Aurea Iuno videas cum Pallade Mœonis ora.
Has imò voces utraque corde refert.
Nudemurnè ultra? pastoris calculus unus
Sufficit, ob formam bis probra ferre nefas.

Ab Vrsino Velio.

Mæonin intuitæ fors Pallas & aurea Iuno.
Hanc imò vocem è pectore protulerant,
Sat nudas cecidisse semel, damnante bubulco,
Turpe bis ob speciem succubuisse foret.

Ab *Alciato.*

Flava oculos Pallas, & talis aurea Iuno,
Nostram conspiciens utraque dixit heram,
Non est quòd nudas nos Phryx dijudicet: actum
De forma, nc lex, amplius (inquit) agas.

Ab Ioanne Stockio.

Mœonin aspiciens Pallas, simul aurea Iuno,
Vtraque suspirans talia verba refert,
Non opus est ultra nudemur. sufficit unum
Iudicium Paridis: bis cecidisse probrum.

Tou autou. } Pag. 475.
Τυ αυτυ.

Ouk esth' houtos erōs, ei tis kalon eidos echousan
Ουκ εσθ' ὅτος ερως, ει τις καλον ειδος εχουσαν
Boulet' echein, phronimois ommasi peithomenos.
Βυλετ' εχειν, φρονιμοις ομμασι πειθομενος.
All' hostis kakomorphon idōn, pephorēmenos oistrō,
Αλλ' ὁστις κακομορφον ιδων, πεφορημενος οιστρω,
Stergei, mainomenēs ek phrenos aithomenos,
Στεργει, μαινομενης εκ φρενος αιθομενος,
Houtos erōs, pur touto. ta gar kala pantas homoiōs
Ουτος ερως, πυρ τυτο. τα γαρ καλα παντας ὁμοιως
Terpei tous krinein eidos epistamenous.
Τερπει τυς κρινειν ειδος επισταμενυς.

Εσθ' pro εστι, per apostr. ind. præs. act. ab ειμι sum, anomalo. Ουτος, αυτη, τυτο, pron. Ερως, ωτος, ὁ, ς. simp. Τις, ινος, ὁ, ἡ, το, τι, ς. simpl. Καλος, λη, λον. Ειδος, εος, το, ι. contract. Εχων, υσα, ον, part. act. præs. ab εχω anomalo.

Βυλετ' pro βυλεται, per apostroph. ind. præs. pass. à βυλομαι. Εχειν, inf. præs. act. ab εχω anomalo. Φρονιμος, μη, μον. Ομμα, ατος, το, ς. simp. Πειθομενος, νη, νον, part. med. præs. à πειθομαι. Αλλ' pro αλλα per apostr. Οστις, ἡτις, ὁ, τι. Κακομορφος, φυ, ὁ, ἡ, ον, Ιδων, υσα, ον, part. act. aor. 2. ab ειδω anomalo. Πεφορημενος, νη, νον, part. pass. præ. φορημαι. Οιστρος, στρυ, ὁ, ς. simplic. Στεργει, ind. act. præs. à στεργω. Μαινομενης, νη, νον, part. pass præs. à μαινομαι. Φρην, ενος, ἡ, ς. sim. Αιθομενος, νη, νον, part. pass. præs. ab αιθω. Ουτος, ut prius. Ερως, ut prius. Πυρ, υρος, το, ς. simp. Τυτο, ab ὁτος, ut prius. Πας, πασα, παν. Τερπει, singularis, pro plurali, Atticè, à τερπω. Κρινειν, inf. act. præs. à κρινω. Ειδος, εος, το, ι. contract. Επιστημενος, νη, νον, part. med. præ. επιστημαι.

Interpretatio ad verbum.

NOn est hic amor, si quis eam quæ est pulchra forma
Vult habere, prudentibus oculis obsequens.
d qui eam quæ mala forma est, conspicatus, agitatus
œstro
mat, insana ex mente ardens,
amor, ignis hic. quæ enim pulchra (sunt) omnes pa-
iter
lectant qui judicium ferre de forma norunt.

Idem

Idem eiusdem Ruphini epigra. carmine reditum ab Henric. Steph.

Haud amor est, pulchræ connubia velle puellæ,
Iudicibusque oculis demere nolle fidem.
Sed si quis turpem velut œstro percitus ardet,
Vt mentis compos vix satis esse queat,
Hic amor, hic ignis. nam cui non pulchra placebunt,
Cujus non careant lumina judicio?

A *Paul. Sched. Melisso.*

Non amor est, quando pulchra quis amante potiri
Ardet, in hoc oculos mente sequente duces.
Quisquis at informem, furiis agitatus & œstro,
Deperit, insani cordis ab igne calens:
Hic amor, hic ignis. quod pulchrum est, afficit omnes,
Iudicium formæ si modò ferre queant.

Ab Ioanne Stockwoodo.

Non amor est, si quis pulchram redamare puellam
Optat, ad hoc oculos si sequiturque duces.
Sed si deformem quis ceperit actus ab œstro,
Haçque carens, mentis vix bene compos erit:
Hic amor, hic ignis. Cui non quæ pulchra placebunt,
Si bene de forma judicium tulerit?

Epigramma Pantelei in fortitudinem Callimachi & Cynægiri, pertinens ad titulum

Eis andreious,
Eis dysperus, } Lib. 1.

Ὦ κενον καματοιο και ἀφρηκτου πολεμοιο.
Hemeterō basilēi ti lexomen antiasantes;
Ἠ μητερι βασιλῆι τι λεξομεν ἀντιασαντες;
O basilen,

Γενος, νι, νερ. Καματοιο pro τυ, Ionic. à καματος, ε, ὁ, ζ. *simp.* Ἀφρηκτος,

basileu, ti m' epempes eis' athanatous polemistas?
βασιλευ, τι μ' επεμπες εις' αθανατους πολεμιστας;
llomen, ou pepeisi' titrōskomen. ou phobeontai.
ομεν, ου πεπεισι' τιτρωσκομεν. ου φοβεονται.
ouros anēr sulesen holon straton' en d' ara messō
ρος ανηρ συλησεν ολον στρατον' εν δ' αρα μεσσω
imasoeis hesteken ateireos Areos eikōn.
ιμασοεις ἑστηκεν ατειρεος Αρεος εικων.
ndron d' hōs hestēke sidereiais hupo rhizais.
δρον δ' ως ἑστηκε σιδηρειαις ὑπο ῥιζαις.
ēlen d' ōs ἑstēke sidēreiais hupo rhizais.
ηλεν δ' ως ἑστηκε σιδηρειαις ὑπο ῥιζαις.
auk' ethelei pi'seein' tacha d' ercheiai endothi nēōn.
υκ' ἑθελει πι'σειν' ταχα δ' ερχεται ενδοθι νηων.
u kubernēta' nekuos prophugōmen apeilas.
υ κυβερνητα' νεκυος φευγομεν απειλας.

ut ante. M' pro με per apostr. Επεμπες, imperf. ind. act. à πεμπω. Αθανατους, α, ον, το. Πολεμιστας, α, ι. simp. Βαινομεν, ind. præs. act. à βαινω anomalo. Πεπεισι, ind. præs. act. à πειθω anomal. Τιτρωσκομεν, ind. act. præs. à τιτρωσκω, anomalo. Φοβεονται, ind. præs. pass. à φοβεομαι. Μυρος, υ, ον, Ionicè pro μυρος. Ανηρ, ερος, ὁ δερος, ὁ. simp. Συλησεν pro εσυλησεν, per aphæresin, aor. 1. act. ind. à συλαω vel συλεω. Ολος, λη, λον. Στρατος, ου, ὁ, 3 simp. Δ' pro δε per apostroph. Μεσσω pro μεσω per ethelsin, à μεσον, συ, το, 3 simp. Ἑστηκεν, perf. act. ind. ab ἱστημι. Ατειρης, pro ρες, sine contract. Ionic. ab ατειρης, εος, ὁ, ἡ, ρες, το, 1. contract. Αρεος pro ος, Ion. ab Αρης εος, ηος, ητος, vel ρυ, anomalo. Εικων, ονος, ἡ, 3. simp. Δεσμεων, ου, το, simp. Δ' pro δε per apostr. Ἑστηκε ut prius. Σιδηρειος, α, ον, Ῥιζα, ης, 2. simpl. Κ' pro κε per apostroph. Ἑθελει, ind. præs. act. ab ἑθελω, anom. Πιστευειν, Ionic. pro πιστευειν, act. aor. 2. á πειθω anom. Δ' pro δε per apostr. Ερχεται ab ἑρχομαι, anom. Νηων, ν pro νεων, á νεως, εος, ὁ, 3. simp. Λυε, imperat. præ act. á λυω. Κυβερνητης, ου, ὁ, 1. simp. Νεκυος, υος, ὁ, 3. simp. Πεφυγομεν, aor. 2. act. sub. à φευγω anomalo. Απειλη, ης, simp.

Interpretatio ad verbum.

) vanum laborem, & irritum prælium.
Noſtro regi quid dicemus, quum in ejus conſpectum
enerimus?
ur cur me mittebas adverſus immortales bellatores?
umus (illos) non cadunt: vulneramus, non timent.
icus vir ſpoliavit totum exercitum & in medio

Sanguino-

Sanguinolentus ſtat, infatigabilis Martis imago:
Et ſtat velut arbor, ferreis ſub radicibus (i. ſubtus habe
Ferreas radices)
Nec vult cadere: fortaſſe veniet intra naves.
Solve gubernator: mortui effugiamus minas.

Idem Pantelei epigr. carmine redditum ab Henr. Steph.

Tentato ô vano belli fortuna labore.
Heu regi noſtro quæ fari verba queamus?
Cur immortales, ô rex, nos mittis in hoſtes:
Quos non proſternunt ictus, non vulnera terrent?
Vnus totum agmen ſpoliavit, ibique cruentus
Permanet, incomiti veluti Mavortis imago.
Statque velut quercus, radix quam ferrea firmet,
Ac renuit labi: fors claſſem irrumpet in ipſam.
Solve age, ſolve, minax, fugiamus nauta cadaver.

Ab Ioan. Stockw. verbum fere de verbo

O labor incaſſus, certamina vana: quid (oro)
Noſtro dicemus regi? Quæ verba loquemur?
Immortales nos miſeros (rex) mittis in hoſtes?
Cædimus, annè cadunt? icti, num vulnera curant?
Totam aciem ſpoliat vir ſolus, & in medio ejus
Adſtat ſanguineus, non feſſi Martis imago:
Et veluti quercus firmis radicibus hærens,
Non cadit: aſt intra naves ne forte veniret,
Solve age, nauta: minas fugiamus lumine caſſi.

Aliquot alia epigrammata ſuis quæque *locis inſerenda.*

Ex libro 3. tit. {Eis halieas. / Εις ἁλιεας.} *id eſt, In piſcatores.*

Sapphous. / Σαπφους. } Pag. 196.

Γερμυς, ος, ὁ, 3. contractor. Πελα-

ΤΟ gripei Pelagõni patēr anethēke Menisкos
Τω γριπει Πελαγωνι πατηρ ἀνεθηκε Μενισκος

Kuri

Kurton kai kōpan, mnema kakozōïas.
Κυρτον και κωπαν, μνημα κακοζωϊας.

Πελαγων, ωνος, ὁ, 5. simp. Πατηρ, τερος & δος, ὁ, 5.

ηρ. Ανεθηκε pro ἀνεθηκε per apoſt. aor. 1. act. ind. ab ἀνατιθημι. Μηνισκος, ε, ὁ, 3. ηρ. Κυρτος, η, ὁν, 3. ſimp. Κωπα, ης, 2. ſim. Μνημα, ατος, Dor. pro μνημα, τι, 5. ſimplic. ακοζωια, ας, 2. ſimp.

Interpretatio ad verbum.

)ſcatori Pelagoni pater impoſuit (ſepulchro) Meniſcus
Naſſam & remum, mnemoſynum miſeræ vitæ.

Idem Sapphus epigr. carmine reddi-tum ab Henric. Steph.

aſſam cum remo poſuit Pelagoni Meniſcus,
Vitæ in Piſcatu mnemoſynon miſeræ.

Ab Ioanne Stockwoodo.

ſſem cum remo appendit Pelagoni Meniſcus,
Piſcantum vitæ ſymbola difficilis.

Aliter ab eodem.

ppendit remum Pelagoni, & rete Meniſcus,
Vitæ ærumnoſæ hæc teſſera, certa ſuæ.

Ex titulo { *Eis andreious.* / Εις ανδρειους. } *i. In fortes.*

Anakreontos. / Ανακρεοντος. } Pag. 197.

Arseros en polemois Timokritos, hou to de ſama.
Καρτερος εν πολεμοις Τιμοκριτος, ου το δε σαμα.
Arēs d' ouk agathōn pheidetai, alla kakōn.
Αρης δ' ουκ αγαθων φειδεται, αλλα κακων.

Καρτερος, ερα, ερον. Πολεμος, ε, ὁ, 3. ſimp. Τιμοκριτος, τε, ὁ, 3. ſimp. Σαμα, ατος, Doricè pro δε per apoſtr.

σημα, το, 5. ſimp. Αρης, ος, ηος, ως, ητος, & ρυ, ὁ, anomalum. Δ' ἀδος, δη, δον. Φειδεται, ind. præſ. med. à φειδομαι. Κακος, κη, κον.

Idem

Idem Anacreontis epigr. carmine redditum ab Henric. Steph.

CONditus hoc tumulo est præstans Timocritus armis
Haud parcit Mavors fortibus, at timidis.

A Moro.

Fortis erat bello Timocritus: hîc jacet ergo.
Fortibus haud parcit Mars fere, sed timidis.

A Sleidano.

Conditur hoc saxo validus Timocritus armis.
Parcitur ignavis Marte volente viris.

Ab Ioan. Stockw. ad verbum.

In bello fortis Timocritus, hujus & urna hæc.
Fortibus haud parcit Mars, favet is trepidis.

Ton auto.
Τω αυτω.

Ἀβδηρῶν prothanonta tonnainobiēn Agathōna
Ἀβδηρων προθανοντα τον αινοβιλιν Ἀγαθωνα
Pas' epi purkaïes hed' eboese polis.
Πας' επι πυρκαϊης ηδ' εβοησε πολις.
Outina gar toionde neōn ho philaimatos Arēs
Ουτινα γαρ τοιονδε νεων ὁ φιλαιματος Αρης
Enarise stugerēs en strophalingi machēs.
Εναρισε στυγερης εν στροφαλιγγι μαχης.

Ἀβδηρ, ου, ὁ, ῆρος, 3. *sim.* Προθανων, ουσα, ον, *part. act. aor.* 2. ἀπὸ προθνῃσκω, *anomal.* Αἰνοβιος, ον, 1. *simp.* Ἀγαθων, ωνος, ὁ, 5. *simp.* Παυ' pro παυσι, *per apostr.* ἀπὸ πας, πασα, παν. Πυρκαϊης, pro ας, Ionicè, ἀπὸ πυρκαϊη, ης, pro α, ας, 2. *simpl.* Ηδ' pro ηδη, *per apostr.* Εβοησε, *aor.* 1. *act. ind.* ἀπὸ βοαω, 2. *contract.* Πολις, ιος, & εως, *Ion.* ὑς, 2. *contract.* Ουτις, ινος, ὁ, ἡ, ιτι, το. Τοιοσδε, ηδε, ονδε. Νεος, α, ον, ὁ, ἡ, 3 *simp.* Φιλαιματος, ου, ὁ, ἡ. Αρης, ηος: εως, εος, ητος. & ρα, ὁ, *anomal.* Ηναρισε, *aor.* 1. *act. ind.* ab ναιω. Στυγερης, pro ερος, *Ion.* ἀπὸ στυγερος, ερα, ερον. Στροφαλιγξ, γγος, ἡ, 5 *simp.* Μαχη, ης, 2.

Interpreta

Interpretatio ad verbum.

PRo Abderis (aut, pro Abdera pugnando) mortuum ingenti robore præditum Agathonem (civitas.
Tota in rogo hæc clamore prosequuta est (vel celebravit)
Neminem enim talē ex juvenibus gaudens sanguine Mars
Interfecit invisæ in turbine pugnæ.

Idem eiusdē Anacreontis epigra. carmine redditum ab Hen. Steph.

Fortem pro Abdera bellis Agathona peremptum
Conclamans tota urbs planxit in igne rogi.
Namque parem nullum juvenem Mars sanguine gaudens
In duræ occidit turbine militiæ.

Ab Ioanne Stockwoodo.

Mortuus est Agathon pro Abdera prælia fortis
Ingressus, cujus funera mœsta luget
Vrbs tota hæc. Iuvenum nam nullus fortior illo,
Mars truculente tibi tota acie interiit.

Ex titulo { *Eis nauagēsantas,* / Εις ναυαγησαντας.

Tou autou. / Του αυτου. } Pag. 224.

KAi se Kleēnoridē pothos ōlese patridos aiēs
Και σε Κλεηνορίδη ποθος ωλεσε πατριδος αιης
Tharsēsanta notou lailapi cheimeriē.
Θαρσησαντα νοτου λαιλαπι χειμεριη.
Hōrē gar se pedesen anengnos, hugra de ten sēn
Ωρη γαρ σε πεδησεν ανηγνος, υγρα δε τιν σην
Kumat' amph' himerten eklusen hēlikiēn.
Κυματ' αμφ' ἱμερτην εκλυσεν ἡλικιην.

Σε ἀ συ, pro. Κλεανορίδης, u, 1. sim. Ποθος, υ, ὁ, ζ sim. Ωλεσε, aor. 1. act. indic. ab ολλυω, vel ολλυμι, anomalo. Πατεις, πεισης, in quin. sim. Αιης, pro ας, Jon. ab αη, ης, pro α, ας, 2. simp. Θαρσησαι, ασα, αν, part. act. aor. 1. à θαρσεω, 1. contr.

Notos,

Νοτος,του,ὁ,ζ.simp. Λαιλαψ,απος,ὁ,ς.simp. Χειμειν pro α,Ionicè à χειμειος,α,ον. Ὡρη,ν,pro ἑκ,ρας,Ionic. 2.simpl. Σε,ut supra. Πεδησον per aphæresin,pro επεδησον, aor. 1.act.à πεδαω 1.contr. Ανηγυος,α,ὁ,ὴ,ον.το.Γ'γερς.γρη,γερ. Χος,ση,σον. Κυμει' pro κυματα per apost. Αμφ' pro αμφι per apostr. Separatur deinde à verbo ιχνο. σιν per Tmesin. Ἱμερτος,τη,τον. Ελλυσιν,aor.1.act.ind.à κλυζω. Ἡλικιλω pro ᾳ,Ionicè,ab ἡλικια,ας.pro α,ας,2.simp.

Interpretatio ad verbum.

ETiam te Cleenorida desiderium perdidit patriæ terræ,
Confisum (vel, ausum te committere) noti procellæ hybernæ.
Hora enim te irretivit sponsore carens,& liquidæ tuam
Ætatem (juvenilem) undæ mersérunt.

Idem eiusdē Anacreontis epigr. carmine redditum ab Henric. Steph.

Vita, Cleenoride, patriæ te liquit amore,
Terret dum hyberni nulla procella noti.
Natn te hora implicuit nullo sponsore cavenda,
Fluctibus & florens mersa juventa tua est.

A *Cornario.*

Te quoque Clenorida perimit patriæ alta cupido,
Euri confisum turbine nimbiferi:
Importuna hora es vinctus: liquidisque sub undis
Volveris, ætatis flore cadens medio.

Ab Ioanne Stockwoodo.

Tuque Cleenoride, patriæ decumbis amore:
Te imbriferi terret nulla procella noti.
Te sponsore carens irretiit hora: juventæ
In flore es liquidis (hei mihi) mersus aquis.

Aliter ab eodem.

Dulci pro patria linquit te vita peremptum
Clenorida nullis territe turbinibus.
Hora es deprensus sponsore carente: juventam
Demersit madidi sæva procella noti.

Ex libr. 4. tit. { Eis eikonas gunaikōn, / Εις εικονας γυναικων, } i. In simulacra mulierum.

Anákreontos. / Ανακρεοντος. } Pag. 301.

HE ton thursón echousi Helikōnias: hē de par' autēn,
Η' τον θυρσον εχουσ' Ελικωνιας· ἡ δὲ παρ' αυτην,
Xanthippē Glaukē d' hē schedon erchomenē.
Ξανθιππη· Γλαυκη δ' ἡ σχεδον ερχομενη.
Ex oreos chōreusi, Diōnusō de pherousi
Εξ ορεος χωρευσι, Διωνυσῳ δε φερουσι
Kissón, kai staphulēn, pióna kai chimaron.
Κισσον, και σταφυλην, πιονα και χιμαρον.

Θυρσος, ου, ὁ, 2. simp. Εχων, ουσα, ον, part. act. præs. ab εχω anomalo. Ελικωνιας, αδος, ἡ, 5. sim. Παρ' prouerbiæ per apostr. Αυτος, τη, το, pro. Ξανθιππη, ης, 2. simp. Γλαυκη, ης, 2. simp. Ερχομενος, η, ον, part. med. præs. ab ερχομαι anomalo. Ορος, pro ους, Ionicè, sine contractione, ab Ορος, ους, το, 1. contract. Χωρευσι, Doricè, pro χωρουσι, ind. præs. act. à χωρεω, 1. contract. Διωνυσος, υ, ὁ, 2. simp. Φερουσι, ind. præs. act. à φερω anomalo. Κισσος, υ, ὁ, 2. simp. Σταφυλη, ης, 2. simp. Πιων, ονος, ὁ, ἡ, ον, τη, 5. simp. Χιμαιρος, υ, ὁ, 2. simp.

Interpretatio ad verbum

QVæ thyrsum gestat, (est) Heliconias: qnæ autem juxta eam (est)
Xanthippe: Glauce verò, quæ prope accedit,
E monte veniunt, & Dionyso afferunt
Hederam, & uvam, & pinguem hœdum.

Idem Anacreontis epigramm. carmine reddituum ab Hen. Steph.

Quæ thyrsum gerit, est Heliconias: ad latus ejus
Xanthippe: Glauce est proxima quæ sequitur.
Monte pedem referunt: Baccho portantur ab illis
Vvæ junctæ hederis, hœdus & amiculus.

Ab Ioanne Stockwoodo.

Quæ gestat thyrsum, est Heliconias: huic prope stans est
Xanthippe: Glauce est altera quæ sequitur.
Descendunt de monte: ferunt tibi, Bacche, quod optas:
Vvas atque hœderas, hœdulum & amiculum.

Του αυτου. Τε αυτυ. } Pag. 513.

Φιλος, η, ον, 3. simp. Κρητηρ, ηρος, ὁ, 3. simp. Πλεος, α, ον. Οινοποτιζων, ουσα, ον, part. act. præ. ab Οινοποτιζω. Νεικεα pro κη, Ionicè, sine contractione, à νεικος, εος, τυ, 1. contract. Πολεμιος, μια, ὁ, 3. simplic. Δακρυοεις, εσσα, εν. Αεχει, ἰνδικ. act. à λεγω. Αλλ' pro αλλα per apost. Ὁστις, ἡτις, ὁ, τι. Μουσεων pro σων, Ion. à μουσα, 2. simp. Αγλαος, α, ον. Δωρ' pro δωρα per apostr. à δωρον, υ, του, 3 simp. Αφροδιτη, 1. simp. Συμμισγων, euphoniæ gratia, pro συμμισγων, ουσα, ον, part. act. præs. à συμμισγω. Εσχατος, τη, τον. Μνησατο, ind. præs. med. á μνησομαι. Ευφροσυνων, η, ον, 2. simp.

Ου φιλος, ὁς κρητηρ πλεος οινοποτιζων
Neikea kai polemon dakruoenta legei.
Νειχεα και πολεμον δακρυοεντα λεγει.
All' hostis Mousēōn se kai aglaa dōr' Aphroditēs
Αλλ' ὁστις Μουσεων τε και αγλαα δωρ' Αφροδιτης
Summisgōn, eratēs mnēsketai euphrosunēs.
Συμμισγων, ερατης μνησατο ευφροσυνης.

Interpretatio ad verbum.

NOn amicus (est) qui juxta plenum craterum vinũ potãs
Dissidia & bellum lacrymabile commemorat:
Sed qui Musarum & Veneris præclara munera
Commiscens, amabilis recordatur lætitiæ.

Idem eiusdem Anacreontis epigram. carmine redditum ab Henr. Steph.

Non placet ille mihi, plena inter pocula quisquis
Dissidia & Martis bella cruenta refert:
Sed qui Musarum Paphiæque illustria dona
Commiscet, lepidis dedicat usque jocis.

Ab Ioanne Stockwoodo.

Diſsidia & rixas recitans ad pocula, amicus
Plena ſedens non eſt, nec mihi gratus erit.
Sed qui Muſarum & Veneris dulciſsima dona
Commemorat, placidis lætus & uſque jocis.

Simõnidou. } *Pag.* 511.
Σιμωνιδ ου.

Inter epigrammata adiecta calci voluminis.

Andros aristeusantos en Helladi ton eph' heautou,
Ανδρος αριστευσαντος εν Ελλαδι τον εφ' ἑαυτου,
Hippiou Archedikēn hēde kekrumthe konis.
Ἱππιου Αρχεδικην ἡδε κεκρυμθε κονις.
mē patros te kai andros, adelphōn t' ousa turannōn,
μη πατρος τε και ανδρος, αδελφων τ' ουσα τυραννων,
Paidōn t', ouk ērythē noun es ataſthalien.
Παιδων τ', ουκ ηρθη νουν ες αταθαλιην.

Ανηρ, ερος, & δ ετος ος, 5. *ſim.* Αριστευσας, ασα, αν, *part. act. aor.* 1. *ab* αριστευω. Ελλας, ασος, ἡ, 5. *ſimpl.* Εφ' *pro* ὑπ *per aposſt.* Εαυτου, ης, ου, *pron.* Ἱππιας, ου, 1. *ſimp.* Αρχεδικη, ης, 2. *ſimp.* Κεκρυβε, *præt. med. ind. à* κρυπτω. Κονις, ιος, ὁ, 5. *ſim.* πατηρ, ερος, & ὁος, ος, 5. *ſimp.* Ανηρ, ερος, *ut paulo antè.* Αδελφος, ου, ὁ, 3. *ſimp.* Τυραννος, ου, ὁ, 3. *ſimp.* Παις. παιδος, ὁ, ὁ, 5. *ſimp.* Τ' *pro* τ' *per aposſtr.* Ηρθη, *aor.* 1. *paſſ. ind. ab* αιρω. Νους, νου, νου, νυ, ὁ, 3. *ſimpl. ex illorum nominum genere, quæ in omnibus caſibus contrahuntur. Declinatur præterea* νυς, νυος, *ut* βους, βοος, 5. *ſimp. anomal.* ταθαλιην *pro* ᾳ, Ionicè *ab* ταθαλια, ης, *pro* α, ας, 2. *ſimp.*

Interpr. ad verbum.

Viri qui fortitudine præſtitit in Græcia hominibus ſui te-
Hippiæ Archedicen (filiam) hic tegit pulvis. (poris,
quæ quum haberet patrem, & maritum, & fratres domina-
tum obtinentes
liberos, non ſublata fuit animo ad nequitiam (ſeu pro-
ſerviam.)

Idem Simonidis epigr. carmine redditum ab Henric. Steph.

Hippiæ apud Graios columen virtutis adepti
Archedice soboles hac tegitur sub humo.
Cui vir erat princeps, princeps pater, & sua proles,
Et fratres: nunquam est facta proterva tamen.

A Laurentio Valla.

Propugnatoris, Graijs qui præfuit Hippiæ,
Hac in humo proles conditur Archedice.
Quæ patre, germanisque, viro, natisque tyrannis,
In nullum tamen est facta superba nefas.

Ab Ioanne Stockwoodo.

Præcellens aliis apud Hellada, qui fuit olim
Hippiæ in hoc tumulo conditur Archedice.
Vir, pater, & fratres, nati quoque regna tenebant:
Hinc tamen ad nullum est facta proterva nefas.

Tou autou. } *Pag.* 512.
Τυ αυτυ. }

En rha pot' Oulumpoio peri pleuras ekalupsen
Τλω ῥα ποτ' Ουλυμποιο περι πλευρας εκαλυψεν
Okus apo Thrēkēs ornumenos Boreēs,
Ωκυς απο Θρηκης ορνυμενος Βορεης,
Andrōn d' achlainōn edake phrenas· autar ekamphihē
Ανδρων δ' αχλαινων εδακε φρενας· αυταρ εκαμφθη
Zōe, Pierien gen epiassamenē.
Ζωη, Πιερικην γην επιασσαμενη.
En tis emeio' autēs cheetō meros· ou gar eoike
Εν τις εμειο' αυτης χεετω μερος· ου γαρ εοικε
Thermen bastazein andri philo proposin.
Θερμην βασταζειν ανδρι φιλω προποσιν.

Τλω pro ἐτ, poët. Γοτ' pro ποτε per apostro. Ουλυμποιο, pro Ολυμποιο, *Ion.* ab υλυμπος, πυ, ὁ, 3. *simp.* Πλευρα, ας, 2 *simp.* Εκαλυψεν, aor. 1. activ. *indicativ.* à καλυπτω. Ωκυς, εια, υ. Θρηκης, Ionic. pro Θρηκης, à Θρηκη, ης, 2. *simp.* Ορνυμενος, νη, νον, *part. præs. med.* ab ορνυμι. Βορεης, υ, pro ας, υ, 1 1. *si*

1. *simp.* Αμφ, ειγε, & λεγε, ὸ, ϛ. *simp.* Αχλαγνος, νη, ὸ, ἡ, ον, το. Εδαμε, aor. 2. *act. ind.* ἀ δαμαω, *anomalo.* Φριω, νος, ἡ, ϛ. *simp.* Ενεμφθη, aor. 1. *pass. ind.* ἀ καμπτομαι. Ιων, ας, 2 *simp.* Πιερίω *pro* ιδ, *Ionice*, ἀ πιερος, α, ον. Γη, γης, 2. *simpl.* Επιστεμψη, *pro* επιστειψη, *poët. part. med. aor.* 1. *ab* επιστυμι, *anomalo.* Τις, ινος, ὸ, ἡ, το, τι, ϛ. *simp.* Εμιν' *pro* εμοιγε, *per apostroph. ab* εγωγε, *Atticè*, *pro* εγω, *pron.* Αυτος, τη, το, *pro.* Χευτω, *imperat. act. præs.* ἀ χεω, *anomalo.* Μιγες, εος, τι, 1. *contract.* Εοικε, *præ. med. ind. ab* εικω, *Atticè*, Θερμος, μη, μον. Βαϛαζειν, *inf. act. præs.* ἀ βαϛαζω. Αυτε, *ab* ἀνηρ, *ut prius.* Φιλος, λη, λον, *sed ponitur aliquando substantivè.* Γεγωνης, ιος, & ους, *Ion.* ἡ, 2. *contract.*

Interpretatio ad verbum.

QVam olim Olympi (montis) circa latera texit
Velox è Thraſia profiliens Boreas,
Et hominum veſte carentium cruciavit mentem: ſed relanguit
Vita, Pieriam terram poſtquam induit:
Mihi aliquis ejus infundat fruſtum. non enim decet
Calidam afferre viro amico propinationem (potum propinatum)

Idem eiuſdem Simonidis epigr. carmine redditum ab Hen. Steph.

Quam Boreas circum latus olim texit Olympi,
E Thraca curſu concitus alipede
Quæ nudos anxit: ſed vita relanguit illi,
Pierio ſimul ac eſt amicita ſolo:
Ejus partem aliquis fundat mihi. namque ſodali
Haudquaquam potum ferre decet calidum.

Ab *Ioanne Stockwoodo.*

Quam latera ad clari Boreas tegit ardua Olympi,
Alis è Thraca præpetibus volitans,
Atque viros nudos cruciavit: languit at pòſt
Vita huic, Pieriam cum tetigiſſet humum:
Ejus fruſtum aliquis mihi fundat. non enim amico
Vel ſocio potum ferre decet calidum.

Του αυτου.
Τε αυτυ.

Αἰδ', pro αἰσι per apostr. Ἑλλανων pro λλωων, Dori. ab Ἑλλω, λωος, ὁ, ῾. simp. Ευξυμαχος, χυ, ὁ, ὴ, ον, το. Πολιητων pro των, Dor. à πολιητης, τε, ι. simp. pro πολιτης, poët.

Aid' huper Hellanōn te kai euthumachōn politēn
Αἰδ' ὑπὲρ Ἑλλάνων τε καὶ εὐθυμάχων πολιητᾶν
Estathen euchesthai Kupridi daimonia.
Ἑστάθεν εὐχέσθαι Κυπρίδι δαιμονίᾳ.
Ou gar toxophoroisin emēsato di' Aphrodita
Οὐ γὰρ τοξοφόροισιν ἐμήσατο δι' Ἀφροδίτα
Persais Hellanōn akropolin prodomen.
Πέρσαις Ἑλλάνων ἀκρόπολιν προδόμεν.

Ἐστάθεν pro ἐστάθησαν, Boeticè, vel per syncopen, aor. ι. pass. ind. ab ἱστάμαι. Εὐχέσθαι, inf. med. præs. ab εὐχομαι. Κυπρις, ιδος, ὴ, ῾. simp. Δαιμονια, ας, ον. Τοξοφοροισιν pro οις, Ion. à τοξοφορος, ς, ὁ, ὴ, ον, τν. Ἐμήσατο, aor. ι. med. ind. à μαομαι. δι' pro δια, per apost. á δις, α, ον. Αφροδιτα, τας, pro τη, της, Dor. à simp. Πέρσης, ς, ι. simp. Ἑλλάνων, ut paulo ante. Ακροπολις, εος, & ος, Ionicè ι, 2. contr. Προδόμεν pro προδοῦναι, aor. 2. act. inf. à προδίδωμι.

Interpretatio ad verbum.

HÆ pro Græcis & civibus recta ad pugnam tendentibus (i. bellicosis.)
Constitutæ sunt ut precarentur Venerem augustam.
Non enim arcuum gestatoribus in animo habuit dia Venus
Persis Græcorum arcem prodere. (vel, dare, destituendo eam suo auxilio.

Idem eiusdem Simonidis epigr. carmine redditum ab Henric. Steph.

His data cura fuit fundendi vota preceſque
Cypridi pro Graijs, civeque magnanimo.
Namque sagittiferis Persis veneranda Cythere
Haud arcem voluit prodere Grajugenum.

Ab Ioanne Stockwoodo.

Hæ jussæ ut divam Venerem votis, precibusque

O

Ob Danaos cives magnanimos rogitent.
Dia sagittiferis arcem nam prodere Persis
Munitam non vult Paphia Grajugenûm.

Του αυτου.
Ejusdem.

Hε αυ καὶ φθιμένας λευκοστεάτω ἐνὶ τυμβῳ
Ἦς αυ καὶ φθιμένας λευκοστεάτῳ ἐνὶ τυμβῳ
Ἴσκω ἔτι τρομέειν θῆρας, ἀγρῶσσα Λύκας.
Ἴσκω ἔτι τρομέειν θήρας, ἀγρῶσσα Λύκας.
Τὴν δ' ἀρετὴν εἶδεν μεγα Πήλιον, ἠὲ τ' ἀοίδιμος
Τὴν δ' ἀρετὴν εἶδεν μεγα Πήλιον, ἠὲ τ' ἀοίδιμος
Ὀσσα, Κιθαιρῶνός τ' οἰνόμοι σκοπιαί.
Ὀσσα, Κιθαιρῶνός τ' οἰνόμοι σκοπιαί.

φθιμένος, η, ον, pro εφθιμένος per aphæresin, part. pass. præt. à φθίνω anomalo. Λευκοστεάτῳ, τη, ὸ, ῷ, οι, τω. Τυμβος, βυ, ὸ, 3. simpl. Ισκω, præs. indic. act. quod deductum volunt ab ἴσκω. Τρομεειν, Ionicè, sine contracti. pro τρομειν, à τρομω. Θηρ, ηρος, ὸ, ς. simpl. Αγρωσσα, ης, 2. simp. Λυκας, ακος, ὸ, ς simp. Τὴν pro τὴν, Doricè. Δ' pro δὲ per apost. Αρετην pro τὴν, Doricè ab αρετη, ας, pro τη, ης, 2. simp. Οιδεν, præt. med. ind. ab οιδω anomal. Μεγας, μεγαλη, μεγα, anomal. Πηλιον, ου, το, 3. simp. ἠ pro ἢ Doricè. Τ' pro τε, per apostr. Αοιδιμος, η, ὸ, ὸν, μοι, τον. Οσσα, ης, 2. simpl. Κιθαιρων, ωνος, ὸ, ς. simp. Οινομος, ου, ὸ, ὸν, μοι, τον. Σκοπια, ας, 2. simpl.

Interpretatio ad verbum.

ē seu hēs au)

CErte tuo (legendo ν σευ pro ἧς αυ) etiam mortuæ in tumulo alba ossa habente
Scio adhuc tremere feras, ô venatrix Lycas.
Præstantiam autem (tuam) novit magnum Pelion, & celebris
Ossa, Cithœroniſque juga oves pascentia.

Idem eiusdē Simonidis epigr. carmine redditum ab Henr. Steph.

Nempe astare feræ supra tua busta tremescunt,
(Novi ego) venandi nobilis arte Lycas.

At quàm tu fortis, ſcit Pelion, Oſſaque novit,
Atque Cithœronis gramine læta juga.

Ab Ioanne Stockwoodo.

Non audent aſtare feræ ſupra tua buſta
(Hoc ſcio) venatus laude perita Lycas.
Quàm fueras fortis ſcit Pelion, haud latet Oſſam,
Atque Cithœronis paſcua fœta boum.

Του αυτου
Τε αυτε. } Pag. 513.

Μεγ', pro μεγα, per apoſtroph. à μεγας, μεγαλη, μεγα, anomalo. Αθηναιοισι pro εις Ion. ab Αθηναιος, α, ον. Φοως, αντος, το, 5. ſimp. Γενετ' pro γενετο per apoſtr. & poſtea γενετο pro εγενετο, per aphæreſin, aor. 2. med. ind. à γινομαι, anomalo, Η'νικ' pro ηνικα, per apoſtroph. Αρμοδιος, ου, ὁ, 5. ſimp. Γ'ιππαρχον, χυ, ὁ, 3. ſimp. Κτειν pro κτειναι per aphær. aor. 1. act. ind. à κτεινω. Αρμοδιος, ε, ὁ, 3. ſimp.

Meg' Athēnaioiſi phoōs geneth' hēnik' Ariſtogeitōn Hipparchon kteine kai Harmodios.

Interpretatio ad verbum.

MAgna certe Athenienſibus lux extitit quando Ariſtogiton Hipparchum interfecit & Harmodius.

Idem eiuſdem Simonidis epigr. carmine reddidum ab Henr. Steph.

Clarum Cecropidis tum fulſit lumen, Ariſtogiton quum Hipparchon Harmodiuſque necant.

Ab Ioanne Stockwoodo.

Splendida Athenarum lux extitit tunc, ubi Ariſtogiton Hipparchum mactat & Harmodius.

Του

Tou autо.
Τῳ αὐτῳ.

Sthmia. dis Nemea, dis Olympia estephanōsthēn,
Ἰσθμια, δις Νεμια, δις Ολυμπια εστεφανωσθην,
Ou platei nikōn sōmatos, alla technа,
Ου πλατῑ νικων σωματος, αλλα τεχνᾳ,
Aristodamas thrasus Aleios palā.
Αριστοδαμας θρασυς Αλειος παλᾳ.

Ἰσθμια, μιων, τα. Νεμια, ων, τα. Ολυμπια, ων, τα. Εστεφανωσθην, aor. 1. pass. ind. à στεφανοομαι, ω. contr. Πλατῑ, Jon. sine contractione, pro πλατει, à πλατος, ος, το, 3. contract. Νικων, ωσα, ων, part. præs. act. νικαω. Σωμα, ατος, το, 3. simp. Τεχνᾳ pro νη, Doricè à τεχνα, ας, pro η, ης, 1. simp. Αριστοδαμας, αντος, ὁ, 3. simp. Θρασυς, εια, υ. Αλειος, pro ηλειος, Dor. ab ηλειος, α, ον. Παλᾳ pro λῃ Doricè à παλα, ας pro λη, ης, 1. simp.

Interpretatio ad verbum.

Sthmia, bis Nemea, bis Olympia coronatus sum,
Non latitudine (i. crassitudine) vincens corporis, sed arte,
Aristodamas Eleus audax luctatione.

Idem eiusdem Simonidis epigr. carmine reddituм ab Henric. Steph.

Sthmia, bis Nemea, & bis Olympia magna coronor,
Corpore non lato victa, sed arte mihi.
Aristodamas ego palæstrites bonus.

Ab Ioanne Stockwoodo.

Sthmia, bis Nemea, & bis Olympia florida serta
Viribus haud lati corporis, arte tuli:
Ille ego Aristodamas præstans, doctusque palæstra.

Tou autu.
Τȣ̃ αὐτȣ̃.

Μνημη, ης, ἡ. sim. Δ' pro δι per apoſt. Ουτις, ινος, ὁ, ἡ, ὐ, τι, ϛ. simpl. Φημι, ind. præſ. act. anom. Σιμωνιδης, ου, ὁ. ſimp. Ισοφαριζειν, inf. act. præſ. ab ισοφαριζω. Ογδωκοντατης, ους, ὁ, ἡ, I. contract. Παις, δος, ὁ, ἡ, ϛ. ſim. Λεωπρεπιος pro πις, ſine contractione Ionicè, ὁ λεωπρεπιος, ου, ὁ, I. contract.

Mnēmē d' outina phēmi Simōnidē isopharizein
Μνημη δ' ȣ̓τινα φημι Σιμωνιδῃ ισοφαριζειν
Ogdōkontaetei, paidi Leōprepeos.
Ογδωκοντατει, παιδι Λεωπρεπȣς.

Interpretatio ad verbum

MEmoria autem neminem dico Simonidi parem esse
Octogenario, filio Leoprepis.

Idem eiusdem Simonidis epigr. carmine redditum ab Hen. Steph.

Aio Leoprepidæ non esse Simonidi, adepto
Octoginta annos, mente parem memori.

Ab Ioanne Stockwoodo.

Octoginta annos nato Simonide non est
Qui mage mente valet, prole Leoprepei.

Aliquot præterea epigrammata, quæ idem Henr. Stephanus variè est interpretatus: & ipsa suis *quaque locis inserenda.*

Ex libr. 2. sit. { Eis agōnistas. / Εις αγωνιϛας. }

Loukianou. / Λȣκιανȣ. } Pag. 128.

Tachus, cheia, chu. Φαγειν, aor. 2. act.

Ei tachus eis to phagein kai pros dromon amblus huparcheis
Ει ταχȣς εις το φαγειν και προς δρομον αμβλυς ὑπαρχεις.

Tois

Τοῖς ποσὶ σοῦ τρῶγε, καὶ τρεχε τῷ στόματι. act. inf. ἀ τρωγω.
Τοις ποσι συ τρωγε, και τρεχε τω στοματι. anomal. Δρομος, μου, ὁ, 3. simp. Λιμβνες, βλεσα, βλυ. Τ' παρχεις, pro σὺ εἶ ἀρχεις, per apostroph. ind. præs. act. ab εἰμι ἀρχω. Πους, ὁδος, ὁ, 3. simp. Τρωγε. imperat. præs. act. ἀ τρωγω anom. Τρεχε. imperat. act. præ. ἀ τρεχω anom. Στομα, ατος, το, 3. simp.

Interpretatio ad verbum.

SI celer ad comedendum & ad cursum tardus es,
Pedibus tuis comede, & curre ore.

Idem Luciani epigr. carmine redditum ab Henr. Steph.

Quum pedibus tardus, quum sis celer ore vicissim,
Ore tuo curras, at pedibus comedas.

Aliter.

Si tarde curris, sed edis velociter, ore
Curre tuo posthac, at pedibus comede.

Aliter.

Tu qui currendo segnis, non segnis edendo,
Fac currant dentes, fac comedantque pedes.

Aliter.

Quum cursor sis tardus, edo sis impiger idem,
Os tibi fac cursor, fac tibi pes sit edo.

Aliter.

Est tibi pes tardus, justo properantius est os:
Pes comedat tarde, currat at os propere.

Aliter.

Quum lentus pedibus, quum sis celer ore voraci,
Permutent solitas os tibi pesque vices.

Aliter.

Dens tibi sit cursor, sit pes edo. namque remissus
Pes tibi, dente autem quadrupedante voras.

Aliter.

Tardigradæ tibi sunt plantæ, celeresque molares:
Hi currant illæ fac comedenda molant.

Aliter.

Aliter

Tardipes es nimium, nimiumque es dentibus acer:
Tardivorus pede sis, denteque tardigradus.

Ab Alciato.

Vesci si celer es, sed tardus currere, buccis
Curre tuis, lentis vescere sed pedibus.

A Cornario.

Si velox cœnas, ad cursum tardior & sis,
Tu pedibus cœna, confice & ore viam.

A Luscinio.

Dum pedibus piger es, cursu superabere, si non
Bucca vorax tibi jam currat, edantque pedes.

Ab Ioanne Stockwoodo.

Es pedibus tardus, velox sed dente vorace,
Currant heus dentes, & pedibus comedas.

Aliter ab eodem.

Si piger es cursu, si velox es comedendo,
Tunc currant dentes, tunc comedantque pedes.

Aliter.

Si tarde curras, si velox sis comedendo,
Sit tibi dens cursor, sit tibi pes comedo.

Ex titulo { *Eis Hērōas.* / *Eis Hʼερωας.* }

Eis Achillea. / *Eis Αχιλλεα.* } *Pag.* 417.

Τυμβος, βυ, ὁ, 3. *simpl.* Αχελλης, *pro* λευς, *Ion. ab* Αχελλευς, ευος, ὁ, 3. *con-*

Tymbos Achillēos rhēxēnoros, hon pot' Achaioi
Τυμβος Αχιλλεος ῥηξηνορος, ὃν ποτ' Αχαιοι
Dōmēsan, trōōn deima kai essomenōn.
Δωμησαν, τρωων δημα και εσσομενων.

Aigialō

Aigialō de neneuken, hina ſtonachēſi thalaſſēs
Αιγιαλω δε νενευκεν, ινα ςοναχησι θαλασσης
Kudainoito païs tēs halias Thetidos.
Κυδαιροιτο παϊς της ἁλιας Θετιδος.

contract. Ρ'ηξηνωρ, ορος, ὁ, ἡ, 5. ſimplic. Ποτ' pro ποτι, per apoſtr. Αχαρις, ι, ὁ, ἡ, 3. ſim. Δαμησαν pro εδαμασσαν per aphæreſin, aor. 1. ind. act. à δαμαω. Τρως, ωος, ὁ, 5. ſim. Δειμα, ατος, το, 5. ſimp. Εσσομενων, per epentheſin pro εσομενων, εσσομενος, η, ον, fut. 1. act. ind. ab ειμι, anomalo. Αιγιαλος, λυ, ὁ, 3. ſimp. Νενευκεν, præt. act. ind. á νευω. Στοναχησι pro χαρις, Ion. à στοναχη, ης, 2. ſimp. Θαλασσης, ης, 2. ſim. Κυδαιροιτο, optat. paſſ. præſ. à κυδαινομαι. Παϊς, per dialyſin Ionicum, pro παις, αιδος, ὁ, ἡ, 5. ſimplic. Αλιος, α, ον. Θετις, ιδος, ἡ, 5. ſimp.

Interpretatio ad verbum.

In Achillem.

TVmulus (hic eſt) Achillis bellicoſi, quem olim Achivi
Struxerunt, Troum terrorem etiam futurorum.
Littori aurem incumbit (vel, adjacet) ut fremitu maris
Celebretur filius marinæ Thetidis.

Idem epigram. carmine redditum
ab Henr. Steph.

Hunc, qui ſit Troum formido nepotibus, olim
Graij ſtruxerunt Æacidæ tumulum.
Adjacet ille mari, ſtreperis celebretur ut undis,
Cui fuerat genitrix, diva marina, Thetis.

Aliter.

Hoc quondam Æacidæ Graij ſtatuere ſepulchrum,
Poſſet ut à Troum poſteritate tremi.
Sed cur vicinum pelago eſt? ut in ejus honorem
Cui Thetis eſt genitrix, æquora tota fremant.

Aliter.

Pelidæ hunc tumulum quoddam ſtruxere Pelaſgi,
Dardanidûm ut ſoboli poſſet is eſſe tremor.
Non procul ille mari eſt, ut perfovet æquoris undis
Qui nati Thetidis condita membra tenet.

Aliter.

Aliter.

A Danais quondam hic tumulus conſtructus Achilli,
Troes ut hæc etiam membra ſepulta tremant.
Proximus eſt pelago, maris ut reſonetur ab undis
Hoc Thetidis proles contumulato loco.

Ab Ioanne Stockwoodo.

Pelidæ eſt tumulus conſtructus quondam ab Achivis,
Vt poſt Trojanis ſit maneatque tremor.
Et pelago ad junctus, fremitu quo marmoris ille
Pulſetur, cui ſit mater & ipſa Thetis.

Leontion. } Pag. 238.
Aeortius. }

Κειται, ind. præſ. act. à κειμαι, anomal. Τρωϊη pro ᾳ, Jonicè à Τρωϊς, ιδος, pro Τρωϊάς, άδος, 2. ſimp. Τελαμωνιος, α, ον. Ουτις, ινος ὁ, ἡ, ι, τι, το. Δ' pro δε, per apoſtrop.

KEitai eni Troiē Telamōnios, outini d' empēs
Κειται ενι Τρωϊη Τελαμωνιος, ουτινι δ' εμπης
Antibiōn opaſas euchos heon thanaton.
Αντιβιων οπασσας ευχος ἑὸν θανατον.
Toſſēs gar chronos allon epaxion anera tolmēs
Τοσσης γαρ χρονος ἀλλον επαξιον ἀνερα τολμης
Ouch heurōn palamē thēken hup' autophonō.
Ουχ ἑυρων παλαμῃ θηκεν ὑπ' αὐτοφονῳ.

Αντιβιος, ου, ὁ, ἡ, ον, το. Οπασσας, ασα, αν, part. act. aor. 1. ab οπαζω. Ευχος, ους, το, 1. contract. Eu pro ε Dor. ab ὁς, ἡ, ὁ, pron. Θανατος, του, ὁ, 3. ſimp. Τοσσος, η, ον, poët. pro Τοσους, η, ον. Χρονος, υ, ὁ, 3. ſimp. Αλλος, λη, λο. Επαξιος, α, ον. Ανηρ, ανδρος & ἀνερος, ὁ, 3. ſimp. Τολμα, ας, 2. ſimp. Ευρων, ουσα, ον, part. act. aor. 2. ab ἑυρισκω, anom. Παλαμη, ης, 2. ſimp. Θηκεν, per aphæreſin, pro ἐθηκεν, aor. 1. act. ind. à τιθημι. Αυτοφονος, ου, ὁ, ἡ, ον, το.

Interpretatio ad verbum.

IAcet apud Trojam Telamonius (Ajax) qui nemini
Hoſtium tribuit laudem ſuæ necis.
Tantæ enim tempus alium parem virum audaciæ (qui pa
eſſet audendo tanto facinori)
Quum non reperiſſet, manu (eum) ſubjecit ſui ipſius in
terfectrici.

Iden

Idem Leontij epigr. carmine redditum ab Henric. Steph.

Ajaci Telamone ſato dat Troia ſepulchrum:
Sed nulli eſt hoſti gloria danda necis.
Namqne auſum hoc facinus quia longa haud repperit ætas
Auderet propria juſsit ut ipſe manu.

Aliter.

Troia tegit Telamone ſatum: ſed non manus hoſtis
Hanc cædis laudem vendicet ulla ſibi.
Audax namque ſatis quia nuſquam dextra reperta eſt.
Convertit proprias in ſua fata manus.

Aliter.

Stratus apud Troas jacet en Telamonius Ajax:
Non hoſti eſt cædis laus tribuenda tamen.
Auſus enim eſt ejus quia fundere nemo cruorem.
Parca ſua julsit funderet ipſe manu.

Ab Ioanne Stockw.

Strenuus ad Troiam jacet hîc Telamonius Ajax.
Hoſtibus at laudem non dabit ille necis.
Hunc audax nemo eſt vita privare: ſeipſum
Audebat propria perdere at ipſe manu.

Adeſpoton. Αδεσποτον. } Pag. 239.

ΜΕ me taphō ſunkrine ton Hectora, mēd' epi tumbō
Με με ταφω συγκρινε τον Ἕκτορα, μηδ' ὀπι τυμβῳ
Metrei ton pasēs Hellados antipalon.
Μετρει τον πασης Ἑλλαδος ἀντιπαλον.
Me *ab* ἐγω *pron.* Ταφοι, φι, ὁ, *tert. ſimplic.* Συγκρινε *pro* συνκρινε, *euphoniæ gratia*, *imper. act. præſ. à* συγκρινω. Ἕκτορ, ορος, ὁ, ς. *ſim.* Μηδ' *pro* μηδε, *apoſt.* Τυμβος, υ, ὁ, ζ. *ſim.* Μετρει, *imper. act. ind. à* μετρεω, 1, *cont.* Πασης, ασα, αν. Ἑλλας,

ias, antos Homēros emoi taphos, Hellas, Achaioi
ιας, αντος Ὁμηρος ἐμοι ταφος, Ἑλλας, Ἀχαιοι
Pheugontes' toutois pasin echōnumesha.
φευγοντες' τουτοις πασιν ἐχωνυμεθα.

Ἑλλας, αδος, ἡ, ϛ. *simp.* Αγχιαλος, λη, ὁ, ἡ, λον, το. Ιλιας, αδος, ἡ, ϛ. *simp.* Αυτος, τη, το *pron.* Ὁμηρος, ε, ὁ, ϛ. *simp.* Εμοι, *ab* ἐγω *pron.* Ταφος, ε, ὁ, ϛ. *simp.* Ἑλλας, αδος, ἡ, ϛ. *simp.* Αχαιος, α, ὁ, ϛ. *simp.* Φευγων, ουσα, ον, *part. act. præs. à* φευγω, *anomalo.* Οὑτος, αὑτη, τουτο, *pron.* Πας, πασα, παν. Ἐχωνυμεθα, *imperf. ind. pass. á* χωνυομαι.

Interpretatio ad verbum.

NE me Hectorem compara cum sepulchro, neq; tumulo
Metire me toti Græciæ pugna parem.
Ilias, ipse Homerus mihi sepulchrum, Græcia, Achivi,
Fugientes, ab his omnibus aggere tumuli donabimur.

Idem incerti Autoris epigr. carmine redditum ab Henric. Steph.

Hectora me tumulo ne tu metire viator:
Par Danais cunctis hostibus hostis eram.
Est tumulus mihi Mœonides, est Ilias, Hellas,
Graij, qui trepida dant mihi terga fuga.

Aliter.

Ne parvi ex parvo facito me mole sepulchri:
Vix mihi se sensit Græcia tota parem.
Mœonides mihi busta dedit, dedit Ilias, Hellas:
Totque sua Danai busta dedêre fuga.

Aliter.

Æstimet ex tumulo ne quis mea facta viator:
Extimuit vires Græcia tota meas.
Est mihi Mœonides, est Ilias ipsa sepulchrum:
Hoc quoque dat fugiens turba Pelasga mihi.

Aliter.

Ne, quantus fuerim, tumulum tibi credito testem:
Helladis ille ego sum qui metus Hector eram.
Ilias & vales cineres satis ornat Homerus,
Et Danaûm quæ me territa turba fugit.

A Cornario.

Hectora quid tumulo tentas includere: quem unum
In se hostem fortem Græcia tota tulit.

Ilias ergo mihi tumulusque est Græcia, Achivi &
Sæpe fugam in versi, magnus Homerus item.

Ab Ioanne Stockwoodo.

Me Hectora cum tumulo noli conferre ferocem:
Nam Danais cunctis par ego solus eram.
Ilias urbs mihi; sic Græcia, sic & Homerus,
Et trepidi Danai busta præampla mihi.

Ex titulo { Eis nauagēsantas, / Eis naiagnoustas.

Leōnidou, Alexandrini. } Pag. 252.

OVd' ei moi geloōsa katastoreseie galēnē
Oud' ei moi gilōsousi katastoresousi gallon
Kumata. kai malakēn phrika pheroi Zephuros;
Κυματα, και μαλακην φρικα φεροι Ζεφυρος,
Nēbatēn opsesthe dedoika gar hous paros eslēn
Νηβατην οψεσθε· δεδοικα γαρ ους παρος εσλην
Kindunous, ancmois antikorussamenos;
Κινδυνους, ανεμοις αντικορυσσαμενος;

Oud' pro udi per apostroph. Γιλόωσι pro γελωσι, per epenthesin. γελων, ωσα, ον. part. act. præs. à γελαω, 2. contra. Κατασορησει, aor. 1. opt. act. Æoli-

ι, ὰ κατασορεω. Γαλλιον, ου, 2. simp. Κυμα, ατος, το, 5. simplic. Μαλακος, κη, κον. Φερε-
ι, ὶ, 5. simp. Φερει, opt. præs. act. à φερω, anomalo. Ζεφυρος, ε, ὶ, 3. simp. Νηβατης, ε,
simp. Οψεσθε, fut. 1. med. ind. ab ὁραω anomalo. Δεδοικα, præt. med. ind. à δειδω,
nomalo. Ος, ὴ, ὸ, art. Εσλος, aor. 2. act. ind. à τλημι. Κινδυνος, υ, ὸ, 3. simpl. Ανεμος,
ὸ, 3. simplic. Αντικορυσσαμενος, νη, νον, part. med. aor. 1. ab αντικορυσσομαι.

Interpretatio ad verbum.

NE siquidē mihi ridens straverit serenitas (seu trāquillitas)
Fluctus, & mollem fremitum afferat Zephyrus,
avi vehi (me) videbitis: metuo enim quæ antea passus
ricula, dum luctatus sum cum ventis. (sum

Idem Leonidæ epigr. carmine redditum ab Henric. Steph.

n si tranquillo pelagus mihi rideat ore,

Et Zephyri hoc ſtringat molliter aura mihi,
Conſcendam naves. namque illa pericla tremiſco,
Hoſtibus à ventis quæ mea paſſa ratis.

Aliter.

Vt ſit blanda Thetis, Zephyruſque ut mollia fundat
Murmura, vix auris æquora ſumma ciens,
Non tamen aſcendam navem. ſat prælia geſſi
Cum ventis: terror tanta pericla mihi.

Aliter.

Non mihi ſi fluctus ſternens Thetis ipſa ſerenum
Rideat, & Zephyri flamina molle ſonent,
Nave vehi cernes, formido namque pericla,
Cum ſævis affert quæ mihi pugna notis.

A Sleidano.

Non ego, ſi placidum ventis mare conſpicer altum,
Et Zephyri lenis mulceat aura caput,
Conſcendam naves. nam me diſcrimina terrent,
Luctaque cum venti, diſplicet illa mihi.

Ab Ioanne Stockwoodo.

Si ridere velint perblando marmora vultu,
Mollem ſi fremitum vel notus ipſe daret,
Non ego conſcendam mare poſthac. horreo namque
Quæ prius in pelago magna pericla tuli.

Ex libr. 4. tit. {*Eis nikēn.* / Εἰς νίκην.}

Eis agalma Nikēs apteron en Rhōmē, hēs ta prora
Εἰς ἄγαλμα Νίκης ἄπτερον ἐν Ῥώμῃ, ἧς τὰ πρῶρα
keraunō katephlechthē.
κεραυνῷ κατεφλέχθη.

Pompēion. {Πομπήϊον.} Pag. 196.

R*Hōmē pambasileia, seon kleos ou pot' oleitai.*
Ῥώμη παμβασίλεια, σέθεν κλέος οὔ ποτ' ὀλεῖται.

Ῥώμη, ut. 2. fin. Παμβασιλεια,

Nikē gar se plougein apteros ou dunatai.
Νικη γαρ σε φυγειν απτερος ου δυναται.

σπλετος, α, ον. Ιεος, η, ον, Doric. pron. Κλεος, εος, το. 1.

ntract. Ποτ' pro ποτη, per apostroph. Ολειτω, fut. 1. med. ind. ab ολλω vel ολνυμι, omalo. Νικη, ης, ἡ. simp. Σε ἀ συ, pron. Φυγειν, inf. act. aor. 2. ἀ φευγω anomalo. λεγε, μι, ὁ, ὰ, ον, το. Δυναται, ind. præs. pass. ἀ δυναμαι.

Interpretatio ad verbum.

In statuam victoriæ pennis carentem Romæ, cujus *pennæ fulmine* cremasæ erant.

ROma omnium regina, tua gloria nunquam peribit.
Victoria enim à te fugere non potest, quũ pennis careat.

Idem Pompeij epigr. carmine redditum ab Henric. Steph.

oma orbis regina, carens Victoria pennis,
Immortale decus non fugitiva dabit.

Aliter.

oma triumphatrix, tua semper gloria vivet,
lam quis te fugeret nullis Victoria pennis?

Aliter.

rbis Roma caput, tua vivet fama per orbem:
misit, queis te fugiat, Victoria pennas.

Aliter.

omæ orbis dominæ semper sua fama manebit
enna, hanc qua fugias, tibi non Victoria mansit.

A Luscinio.

oma caput mundi, manet hæc tibi gloria victrix,
Fortuna implumis non volat hinc aliò.

A Sotero.

Eterna est tibi, Roma potens, jam gloria parta:
ufugere implumis nam à te Victoria nescit.

Ab *Ioanne Stockwoodo,*

oma potens, posthac nunquam tua fama peribit.

Namque carens pennis quî poterit fugere?

Aliter ab eodem.

Roma caput mundi, tibi ſtat Victoria firma,
Implumis quînam quæſo poteſt fugere?

Aliter.

Non metuenda tibi ne quò Victoria cedat:
Exuſtis pennis quò poterit fugere?

Aliter.

Non fugiet: manet uſque tibi Victoria, Roma.
Alis combuſtis qua ratione volet?

Aliter.

A te non fugiet victrix victoria, Roma
Implumis, tandem dic (rogo) quò fugeret?

Aliter.

Roma, æterna manet tibi jam Victoria, namque
Plumis incenſis non potis eſt fugere.

Agathiæ Scholaſtici epigram. quod ſupra Gra-
cè habes Pag. 342. carmine redditum
ab Henric. Steph.

Vir tuus Anchiſes, correptæ cujus amore
Ida tibi propero ſæpe petita pede,
Nigrum hunc inventum vix circa tempora crinem,
Annorum tibi dat relliquias juvenum.
At dea (namque potes) primam mihi reddito pubem,
Vel cani placeant qui placuere nigri.

Poſtremo diſticho has inſuper interpre-
tationes centum & quinque dedi.

Aliter.

At dea (namque potes) florem revocato priorem,
Vel da, ceu juvenem poſſe placere ſenem.

Aliter.

Tu dea (namque potes) rurſum juveneſcere dona:
Vel placeam vetulus, ceu placui juvenis.

Aliter

Aliter.

3 At dea (namque potes) florem vel redde juventæ,
Vel sit canities quo fuit illa loco.

Aliter,

4 At dea vel mihi ver ætatis redde prioris,
Vel, tibi gratum ut ver, grata fac ut sit hyems.

Aliter.

5 At dea vel nigrum canis revocato colorem,
Gratia vel canis sit, velut ante nigris.

Aliter.

6 Sed mihi vel vitæ cursus retrogradus esto,
Currat quo cœpit vel tibi grata pede.

Aliter.

7 At dea præteritum fac præsens nunc sit ut ævum,
Vel par sit præsens nunc tibi præterito.

Aliter.

8 Diva sed ætati me nunc reddasve priori,
Posteriorvè haud sit grata priore minus.

Aliter.

9 At dea, qualis eram, facito sim nunc quoque talis:
Aut tibi, sum qualis, nunc quoque fac placeam.

Aliter

10 Sed mihi præterita est si non revocabilis ætas,
In me præteritus fac revocetur amor.

Aliter

11 At quamvis anni nostrum minuere decorem,
Ne tuus in me ideo diminuatur amor.

Aliter

12 At nostram quondam comitans amor ille juventam,
Hanc si non reddis, sit comes & senio.

Aliter

13 Corporis at quamvis nostri decus (ecce) senescat,
Ne tuus in me itidem diva senescat amor.

Aliter

14 At tu nunc oculos ad formam verte priorem,
Aut ne oculis hæc sit grata priore minus.

Aliter

15 Sed vel tu ætatem te finge videre priorem,

Diva, priori istam finge vel esse parem.

Aliter.

16 Verùm si nigros senium mutavit in albos,
Mutetúrne odio pristinus ille favor?

Aliter.

17 Sed si damna meos pateris sentire capillos,
Esse & contentos ne patiare tibi.

Aliter.

18 At dea, si non vis mihi reddere dona juventæ,
Incipe amicitiæ reddere dona tuæ.

Aliter.

19 At dea, si nostræ sit terminus ista juventæ,
Ne sit amicitiæ terminus iste tuæ.

Aliter.

20 At dea, si prædam me nunc finis esse senectæ,
Præda tuus senio fac doa ne sit amor.

Aliter.

21 Sed mihi si pateris crines succrescere canos,
Sim canus, canum dummodo Cypris amet.

Aliter.

22 Verùm aut eripias satis me diva senectæ,
Aut mihi ne tuus hic eripiatur amor.

Aliter.

23 At senium vires invidit si mihi firmas,
Invideas firmam ne mihi diva fidem.

Aliter.

24 At communem in me legem servante senectæ,
Fac tibi servetur lex ut amicitiæ.

Aliter.

25 Sed fac pa[illegible]ca meos rigidè ne computet annos,
Aut amor ill[illegible] tuus computet hosce cave.

Aliter.

26 At mihi si senium crines mutavit, amorem
Tu dea mutari ne patiare tuum.

Aliter.

27 Verùm si cani caput hoc læsere capilli,
Illæsa at læso sit tibi Cypri fides.

Aliter.

Aliter.

28 Cætera sed patiar rapiat mihi tempus, amorem
Dum pariter rapiat non mihi diva tuum.

Aliter.

29 Sed quod jus in me permittis habere senectam.
Hoc in amicitiam ne ferat illa tuam.

Aliter.

30 Sed mihi si non vis naturæ jura novare,
At nec amicitiæ tu mihi jura noves.

Aliter.

31 Sed quamvis formæ se enim detraxit honorem,
Diva tui maneat firmus amoris honor.

Aliter.

32 Quòd si forma fugit, nec vis revocare fugacem,
At tuus haud pariter sit fugitivus amor.

Aliter.

33 Sed speculum ut nequeat notos agnoscere vultus,
Hos amor agnoscat nunc quoque diva tuus.

Aliter.

34 Invetuli amplexus si tu tamen iræ recusas,
Invito juvenis fac maneam senio.

Aliter.

35 Sed si diva tuo vetulum haud dignaris amore,
Forma mihi fac ego digna redire queat.

Aliter.

36 At dea, quæ inveni mihi conciliata fuisti.
Nunc quoque ceu juveni conciliere mihi.

Aliter.

37 Gratia sed nequeat si canis conciliari,
At maneat quæ jam est conciliata nigris.

Aliter.

38 Sed si non reddis quam posses diva juventam
Saltem oculus juvenem me tuus esse putet.

Aliter.

39 Sed quamvis solitum non servet forma tenorem,
Sit tenor ille tuæ firmius amicitiæ.

Aliter.

40 Sed mea (ni prohibes) inconstans sit tamen ætas,

Dum ne amor inconstans sit mihi diva tuus.

Aliter

41 At tu vel cursum properantis siste senectæ,
Illius cursum vel tuus æquet amor.

Aliter

42 Integra sed nostræ si non est gratia formæ,
Integer at sit amor non minus ille tuus.

Aliter.

43 Sed labem aspergi nostris sine diva capillis,
Dum maneat tuus hic illabefactus amor.

Aliter

44 Sed facile patiar quæ damna dabuntur ab annis,
Dum tuus annorum damna rependat amor.

Aliter.

45 Verùm quo magè sunt mihi fata maligna senectæ,
Hoc magis esto tuus Cypri benignus amor.

Aliter.

45 At mihi si nequeat flos, diva, manere juventæ,
In me qualis eras flore manente, mane.

Aliter.

47 At mihi dissimilem nunc me reddente senectâ,
Ipsa tamen similis sis in amore tibi.

Aliter.

48 Sed juvenile decus non agnoscatur, amorem
Erga me agnoscam dummodo Cypri tuum.

Aliter.

49 Sed nigri pereant, cani subeantque capilli,
Dummodo diva tuus sit mihi salvus amor.

Aliter.

50 Verùm aut adde tuo nunc ô dea calcar amori,
Anchisæ aut annis injice frena tui.

Aliter.

51 Sed vel flore mihi juvenescant membra priore,
Vel tuus haud in me, diva, senescat amor.

Aliter.

Sed rursum corpus juvenili robore firma,
Aut in me vetulum sit tua firma fides.

Aliter.

Aliter.

53 Sed mihi si reducem non annuis esse juventam,
Diva, redux vetulo sit tuus ille favor.

Aliter.

54 Sed flore ætatis vel me dignare secundo,
Vel dignare tuo diva favore senem.

Aliter.

55 Sed mihi si dulcem non vis revirescere pubem,
Ille tuus saltem fac revirescat amor.

Aliter.

56 Sed quamvis corpus mihi nunc dea marcet ab annis,
At marcescat amor ne tamen ille tuus.

Aliter.

57 Sed mihi vel juvenem vetulo stabilito decorem,
In nostro stabilis vel sit amore fides.

Aliter.

58 Sed rursum effœtis aut vires artubus inde,
Viribus aut noster non minuatur amor.

Aliter.

59 Sed juvenem membris languentibus inde vigorem,
Pectore vel ne me languidiore colas.

Aliter.

60 Sed facito procul à me omnis, dea, ruga facessat,
Vel sim cum rugis gratus, ut ante, tibi.

Aliter.

61 Sed ne artus patiare meos flaccère senecta,
Aut flacceſcat amor ne mihi, diva, tuus.

Aliter.

62 Sed me (quum possis) à tristibus assere canis,
Vel, canum quamvis assere diva tuum.

Aliter.

63 Sed robur juvenile mihi revocato Cythere,
Vel tuus in vetulum fac revocetur amor.

Aliter.

64 Sed mihi si frigent annoso in corpore vires,
Mente ideo ne me frigidiore colas.

Aliter.

65 Sed fragiles annos viridi mutato juventa,

Aut

Aut ſerva infragilem tu mihi diva fidem.

Aliter

66 Sed fac ut & vetulo ſanguis mihi fervidus inſit,
Vel tuus ille minus fervidus haud ſit amor.

Aliter.

67 Florida ſed mihi tu vel tempora redde juventæ,
Aut ſit amor florens, ceu fuit antè, tuus.

Aliter

68 Sed mihi nunc redeat juvenilis, Cypri, vel ardor.
Flamma redardeſcat vel mihi, Cypri, tua.

Aliter

69 Sed quamvis ſenio conceſſerit acrior ætas,
In noſtri maneas acris amore tamen.

Aliter

70 Sed mihi ſi extinctus per te non redditur ardor,
Saltem ignem extingui ne patiare tuum.

Aliter

71 Sed mea ſi prohibent juvenari corpore cani,
Mutuus at ſaltem fac juvenetur amor.

Aliter

72 Sed ſi haud luxuriat pectus juvenilibus annis,
At tuus in vetulum luxurietur amor.

Aliter

73 Sed ſi terga dedit mihi jam felicior ætas
Ne tuus ille tamen det mihi terga favor.

Aliter

74 Diva, repubeſcam, (potes id præſtare) vel iſtam
Canitiem pubis dilige diva loco.

Aliter

75 Sed mihi reſtituas quod ademit tarda ſenectus,
Vel mihi diva tuus reſtituatur amor.

Aliter

76 Sed mihi per te aliqua reparetur ab arte juventus,
Sitve juventa oculis noſtra ſenecta tuis.

Aliter

77 Sed mihi rugoſæ vel damna repende ſenectæ,
Aut noſtri hinc damnum ne patiatur amor.

Aliter

Aliter.

78 Sed vel me revoces ævi melioris ad annos,
Aut aliud melius diva fuisse nega.

Aliter.

79 Verùm aut in florem redeat renovata senectus,
Aut senium floris sit tibi diva loco.

Aliter.

80 Sed nostræ quæso pereunti obsiste juventæ
Vel me depereas nunc quoque diva senem.

Aliter.

81 Sed fac ne senium me totum mutet ab illo:
Muteturvè mei nil in amore tibi.

Aliter.

82 Sed mihi vel tristis cursum revocato senectæ,
Vel curtat noster quo pede cœpit amor.

Aliter.

83 Sed me redde mihi, me redde prioribus annis:
Reddar amicitiæ vel Cytherea tuæ.

Aliter.

84 Sed facito cedat ne nostra juventa senectæ:
Sitvè hæc judicio par eademque tuo.

Aliter.

85 Sed vegetos à te nunc quæso reformer in annos,
Aut vegetos annos hos quoque diva puta.

Aliter.

86 Sed renova rugis obducta senilibus ora,
Vel placeant ora hæc, ceu renovata, tibi.

Aliter.

87 Verùm aut deposita rugosæ pelle senectæ,
Sim novus, aut nostro nil in amore noves.

Aliter.

88 Sed mihi præteritos nisi divi recolligis annos,
Ne tu præteriti temporis esto memor.

Aliter.

89 Ora sed aut pallor ne fœdet nostra senilis,
Aut quæ fœda aliis, sint, dea, pulchra tibi.

Aliter.

90 Sed me omni servesintactum labe senectæ,

Aut

Aut maneat nobis illabefactus amor.

Aliter.

91 Sed precor ut nostro vel nil decedat amori,
Formæ aut decedat nil Cytherea meæ.

Aliter.

92 Sed mihi decrepito juvenilia tempora redde,
Aut aliis ego sim, non tibi, decrepitus.

Aliter.

93 Ora sed ô fiant vel qualia nostra fuere,
Ora vel hæc placeant qualiacunque tibi.

Aliter.

94 Canities sed diva, tuo nil obstet amori,
Aut hanc canitiem diva fugato procul.

Aliter.

95 Sed vires curva quamvis frangente senecta,
Ne tua fracta mihi sit Cytherea fides.

Aliter.

96 Pristina sed per te redeat mihi forma juventæ,
Pristinus aut in me faç dea duret amor.

Aliter.

97 Sed sim qualis eram quondam juvenilibus annis,
Aut in me vetulum fis dea qualis eras.

Aliter.

98 Sed me deterior si canis inficit ætas,
Ne sit deterior fors in amore tuo.

Aliter.

99 Verùm artus prohibe tardet mihi, diva, senectus,
Vel ne tarda mei fis in amore dea.

Aliter.

100 Sed senio ne me permittas, quæso, gravari,
Aut mea ne tibi sit, diva, senecta gravis.

Aliter.

101 Sed defessa licet mihi reddat membra senectus,
Ne tamen ille tuus sit dea fessus amor.

Aliter.

102 Sed me redde Venus, quæso, melioribus annis,
Aut illos annos finge manere tibi.

Aliter.

Aliter.

103 Sed ne displiceam vetulus tibi, nevè senectus
Injiciat formæ nunc violenta manus.

Aliter.

104 Sed licet aufugiat tibi quondam chara juventus,
Ne, mihi quam dederas, sit fugitiva fides.

Aliter.

105 Sed quàm pulcher erã juvenis, sim nunc quoq; pulcher:
Aut subeat senij pulchra juventa locum.

Macedonij epigramma, quod supra positum est, Pag. 363. hoc *Stephani* exemplo provocatus, volui & ego hoc loco quinquagesies ultra quadringesies carmine *variatum exhibere, ut animum adderem scholarium trivialium probis & studiosis adolescentulis, ad* idem in aliis quoq; epigrammatis per *otium & horis succisivis tentandum,* ad magnam illorum & utilitatem *& delectationem.*

Pag. 364.

Linque Cupido jecur, cordi quoque parcito: si vis
Figere, fige alio tela cruenta loco.

Ad bonarum literarum studiosum.

Pluribus hoc efferre modis problema licebit:
Hoc variis carmen reddito (quæso) modis.
Non labor est, nec opus, sed erit vertisse voluptas:
Hoc variis carmen carmine redde modis.

1 Arce meo jecori, intactum mihi linquito pectus:
Omnia de reliquo corpore membra pete.

Aliter.

2 Cæce puer, quamcunque velis de corpore partem
Figito, ñ linquas corque jecurque meum.

Aliter.

Aliter.

3 Quodlibet è noſtro transfigas corpore membrum
Linquito ſed tenerum corque jecurque meum.

Aliter.

4 Sæve, quid in reliquum non mittis ſpicula corpus?
Si finis intactum corque jecurque meum.

Aliter.

5 Si te figendi teneat mea membra cupido,
Parce meo cordi, parce meo jecori.

Aliter.

6 Si cupias noſtrum jaculis transfigere corpus,
Ne lædas miſerum corve, jecurque mihi.

Aliter.

7 Omnes pro libitu transfigas corporis actus,
Ne mihi cor lædas, ne mihi læde jecur.

Aliter.

8 Corque jecurque meum nolito ferire Cupido:
In reliquum corpus jus tibi ſume meum.

Aliter.

9 Cor mihi ne ferias, jecori quoque parce Cupido,
Omnia præterea figito membra mea.

Aliter.

10 Omnia, ſi placeat, ferias mihi membra ſagittis,
Si modò non ferias corve, jecurque meum.

Aliter.

11 Linquitur in corpus noſtrum tibi ſumma poteſtas,
Excipias ſi cor, ſi jecur excipias.

Aliter.

12 In corpus tua tela meum fac ſæve Cupido,
Mittas, ſi linquis corque jecurque meum.

Aliter.

13 Si jecori parcas, intactum ſi modò linquas
Cor, reliquum corpus pro libitu ferias.

Aliter.

14 In me ſi jacias tua tela cruenta Cupido,
Illæſum ſerva corque jecurque meum.

Aliter.

15 Non ego detrecto, quin cætera membra Cupido

Figas.

figas, ſi cordi, ſi faveas jecori.

Aliter.

16 Eſt mihi cor charum, jecur eſt mihi molle Cupido,
Totum præterea corpus Amor lania.

Aliter.

17 Dira per immenſum mittat ſua ſpicula corpus
Cæcus Amor, tenerum ne violato jecur.

Aliter.

18 Cor tibi demo meum, noſtrum tibi demo lienem,
(Sæve) ferire licet cætera membra puer.

Aliter.

19 Vulneret uſque licet diris mea membra ſagittis,
Corque jecurque meum ſi modo linquat Amor.

Aliter.

20 In mea ſi mittas tua tela cruente Cupido
Membra, jecur linquas cor mihi linque meum.

Aliter.

21 Ter veneri dilecte puer mihi corque jecurque
Linquito, fige armis cætera membra tuis.

Aliter.

22 Quæ tu cunque velis, figas pharetrate Cupido
Membra, licet, cordi, ſi jecori faveas.

Aliter.

23 Si libeat, ferias quodvis de corpore membrum,
Ne mihi cor figas, ne mihi læde jecur.

Aliter.

24 Eſt jecoris cordiſque mei mea maxima cura,
De reliquis figas quod tibi cunque placet.

Aliter.

25 In noſtros ſumas jus ſummum corporis actus,
Corque jecurque meum ſi modo linquis Amor.

Aliter.

26 Parce meo jecori, cordi quoque parce tenello,
Tranſfigas telis relliqua membra tuis.

Aliter.

27 Non ego de reliquo quodvis tibi corpore membrum,
Pernego, tu mihi cor, tu mihi linque jecur.

Aliter.

Aliter.

28 Tu quodcunque vélis membrum violato ſagittis;
Ne violes telis, corvè, jecurvè meis.

Aliter.

29 Ne mihi cor tangas, intactum linque lienem,
De reliquis membris arripe quæſo meis.

Aliter.

30 Hepatis eſt mihi cura mei, cordis mihi cura eſt.
Artus in reliquos mittito tela meos.

Aliter.

31 Cur jecori, cordique meo tua ſpicula mittis?
Cætera cum liceat membra ferire tibi?

Aliter.

32 Si tibi non ulli removentur corporis artus,
Cur ſolum figis corque jecurque meum.

Aliter.

33 Cum pateat tibi jus in cunctos corporis artus,
Tu tantum figis corque jecurque meum?

Aliter.

34 Matre (puer laſcive) tua laſcivior ipſe,
Ne mihi cor viola, ne mihi fige jecur.

Aliter.

35 Si mihi cor linquas, jecori ſi parcere velles,
Non eſt de reliquo corpore cura mihi.

Aliter.

36 Non tibi permitto jus cordis atque lienis,
Cætera ſunt jaculis pervia membra tuis.

Aliter.

37 Artus ſi cupias jaculis transfigere noſtros,
Sis parcens cordi ſis jecorique favens.

Aliter.

38 Lædendi corpus cum ſit tibi copia noſtrum
Tantum ne lædas corvè jecurque meum.

Aliter.

39 Parce meum levibus pectuſque jecurque ſagittis
Figere, cum poſſint cætera membra peti.

Aliter.

40 Corporis in reliquas partes tua tela Cupido

Mittito, linque jecur, linquito cor tenerum.

Aliter.

41 Imperium tibi sit cunctos in corporis artus,
Pectoris & jecoris si fugis imperium.

Aliter.

42 In pectusque jecurque meum sævire Cupido
Desine, quum liceat cætera membra sequi.

Aliter.

43 Cum liceat reliquos transfigere corporis artus,
Cur ruis in tenerum corque jecurque meum.

Aliter.

44 Desine Amor cordi, jecorivè immittere tela,
Cum pateant telis relliqua membra tuis.

Aliter.

45 Non ego de reliquo quamvis tibi corpore partem
Detraho: mitte jecur, pectus abire sine.

Aliter.

46 Nec calamis hepar, nec pectus læde sagittis:
In reliquos artus dirige tela meos.

Aliter.

47 Cur scelerate puer violas ea membra sagittis,
Quæ non sunt armis dilanianda tuis?

Aliter.

48 Sunt alij jaculis violandi corporis artus:
Cor mihi ne ferias, ne violato jecur.

Aliter.

49 Nec cordis, jecorisve domos penetrare licebit,
Omnia præterea membra ferire licet.

Aliter.

50 Cur (Amor) in reliquum quum mittere spicula corpus
Ipse queas, jaculis corque jecurque petis?

Aliter.

51 Exiguum est parcisse meo cordi, jecorive.
Omnia quum reliquo corpore membra petis.

Aliter.

52 Quid magni præstas, cordi, jecorive favendo?
Corpore si reliquo vulnera sæva facis.

Aliter

53 Infligas cordi, jecori vel vulnera nulla:
Saucia sint armis cætera membra tuis.

Aliter.

54 Cætera membra tui patientur vulnera ferri:
Illæ suum maneat corque jecurque mihi.

Aliter.

55 Cum tibi nulla negem reliquo de corpore membra,
Parce (rogo) cordi, parce (rogo) jecori.

Aliter.

56 Tutum à vulneribus mihi linquito corque jecurque,
De reliquo non est corpore cura mihi.

Aliter.

57 Vulneribus cunctos fœdabis corporis artus:
Cordi, vel jecori vulnera nulla dabis.

Aliter.

58 Pectoris (oro) mei, jecoris miserere Cupido:
Artus, si libeat, percutias reliquos.

Aliter.

59 Si te nulla tenet membrorum cura aliorum,
Cordis, tum jecoris sit tibi cura mei.

Aliter.

60 Omnia de nostro tangas bene corpore membra,
Pectus ne tangas, ne mihi tange jecur.

Aliter.

61 Cætera membra licet tangas pharetrate Cupido,
Lædere si cessas corque jecurque meum.

Aliter.

62 Si corpus reliquum telis penetrabile nostrum
Sit, penetres nullis corvè, jecurvè locis.

Aliter.

63 Integra fac serves mihi corque jecurque sagittis
Corpus tu reliquum si placeat, ferias.

Aliter.

64 Saucia ne jaculis tibi sunto corque jecurque,
Hæc præter, mittas corpus in omne meum.

Aliter.

65 Tende tuos arcus, stringas in membra sagittas,

Præterea

Præterea hepar, cor sine quæso meum.

Aliter.

66 Accipiant calamos omnes mihi corporis artus;
Diffugiant calamos corque jecurque tuos.

Aliter

67 Si stat per reliquum corpus tua tela Cupido
Mittere, transilias corque jecurque meum.

Aliter

68 Non sum sollicitus reliquo de corpore, si cor,
Si jecur illæsum mittis abire meum.

Aliter.

69 Est (Amor) in reliquas tibi justa potentia partes
Corporis, intactum corque jecurque sine.

Aliter

70 Cor cessato mihi, cessato ferire lienem:
Mittere si libeat, mittito tela alio.

Aliter:

71 Hepar (Amor) mihi linque, jecur nec fige sagittis,
Corporis ast artus figito quæso alios.

Aliter.

72 Tela (puer pharetrate) alios immitte per artus,
Cor finito, pennis nec lacerato jecur.

Aliter.

73 Vulnera nulla meo jecori, nec vulnera cordi
Infligas, corpus percutias reliquum.

Aliter.

74 Sit procul à jaculis mihi corque jecurque Cupido:
Sternantur telis cætera membra tuis.

Aliter.

75 Mẽbra tuas cum nulla queant (Amor improbe) pennas
Devitare, meum corque jecurque sine.

Aliter.

76 Corporis in reliquas partes cum spicula mittas,
(Parvum) si linquas corque jecurque meum.

Aliter.

77 Cur te pœniteat mihi linquere corque jecurque,
Cum reliquum corpus jure ferire queas?

Aliter.

78 Ne pigeat liquisse mihi pectusque jecurque.
Cum reliquos artus carpere rite queas.

Aliter.

79 Est mihi cor liquisse parum jecorivè benigne
Parcere, cum perdis cætera membra mihi.

Aliter.

80 Sis tandem reliquis satiatus corporis hujus
Membris: sic cordi, sic faveas jecori.

Aliter.

81 Non est cur cordi, jecorivè immittere ferrum
Pergas: in reliquo corpore regnet Amor.

Aliter.

82 Sævus Amor reliquas mihi corporis arripet fibras,
Ergo finas pectus, mitte Cupido jecur.

Aliter.

83 Cur lædis pectus, jecori cur vulnera figis:
Quum ferias jaculis cætera membra tuis?

Aliter.

84 Quæso, petas alias nostro de corpore partes,
Sit tutum à telis corque jecurque tuis.

Aliter.

85 Non feries pectus, stringes nec in hepate ferrum,
Quævis præterea trajice membra manu.

Aliter

86 Ense feri cunctos gelidi mihi corporis artus,
Si cor, sique jecur linquere avebis amor.

Aliter.

87 Cor tremulum, pavidumque jecur sit linquere cura,
Cum potes in reliquis lædere membra locis.

Aliter

88 Si cordis, jecoris si linquas castra, licebit
In corpus reliquum bella ciere meum.

Aliter

89 Ius in membra tibi totius corporis esto:
Libera sint telis corque jecurque tuis.

Aliter.

90 Hepar non liceat, liceat nec lædere pectus,

Corpu

Corpus sed reliquum figere jure licet.

Aliter.

91 Horrent corque jecurque meum tua tela Cupido,
Non curant arcus relliqua membra tuos.

Aliter.

92 Non careat toto pars corpore vulnere præter
Corque jecurque, quibus parcito cæce puer.

Aliter.

93 Iure potes cordi, jecori quoque parcere. Parti
Præterea nulli corporis esto favens.

Aliter.

94 Corporis in reliquas partes convertito ferrum:
Integra fac maneant corque jecurque mihi.

Aliter.

95 Cedunt cætera membra tuis (Amor improbe) telis,
Tela licet cordi mittere nulla meo.

Aliter.

96 Non sunt corvè, jecurvè tuis penetranda sagittis,
Fac penetres telis cætera membra tuis.

Aliter.

97 Cur ruis in pectus, cur figis in hepate tela,
Membra licet reliquo corpore cuncta petas.

Aliter.

98 Cum tibi (Amor) nullum de toto corpore membrum
Denego, fit minimum præteriisse jecur.

Aliter.

99 Nolo petas heparvè mihi pectusvè sagittis,
Cætera cum liceat figere membra tibi.

Aliter.

100 Sit jeciisse satis reliquos in corporis artus
Spicula, linque jecur, linquito corque meum.

Aliter.

101 Membra petas tibi cuncta licet de corpore nostro,
Si demas pectus, si jecur excipias.

Aliter.

102 Ne sis amarus Amor pectusque jecurque petendo,
Cætera quum liceat membra ferire tibi.

Aliter.

103 Cur jecur intactum, cur cor non linquit inultum,
Corpus quum reliquum lædere possit Amor?

Aliter.

104 Cur mihi corque, jecurque premis, cum cætera possis
Totum per corpus membra ferire meum?

Aliter.

105 Pars est nulla mihi reliquo de corpore, quam non
Figere possis Amor, corque jecurque sinens.

Aliter.

106 Sit satis in reliquos transmittere corporis artus
Telo, (Cupido) jecur, corque (Cupido) sine.

Aliter.

107 Si te tantus Amor feriendi corporis artus
Vrget, cor finito, linque Cupido jecur.

Aliter.

108 Omnia pro placito transfigas membra Cupido
Corporis, illæso pectore cum jecore.

Aliter

109 Si te tantus Amor stimulat mihi membra petendi,
Annè putans nimium deseruisse jecur.

Aliter

110 Hepar ne violes, nec trajice pectora pennis:
Viscera si laceras omnia præterea.

Aliter

111 Nec nocuisse velis cordi, jecorivè sagittis,
Est læsisse satis cætera membra tibi.

Aliter

112 Ah pudeat crudelis Amor mihi corque jecurque
Lædere, cum lædi cætera membra queant.

Aliter

113 Sufficiat læsisse alios mihi corporis artus,
Cordi, nec jecori non nocuisse licet.

Aliter

114 Quam tu cunque velis nostro de corpore partem
Arripe: nec pectus, nec jecur arripias.

Aliter.

115 Sunt alio mittenda tibi tua tela Cupido:

Corque

Corque jecurque tuos diffugiant calamos.

Aliter.

116 Viscera nostra tui comportent vulnera ferri:
Corque jecurque meum vulnera nulla ferant.

Aliter.

117 Vulnere cor careat, careat quoque vulnere nostrum
Hepar, vulneribus cætera membra reple.

Aliter.

118 Cor immune finas à vulnere. vulnere cassum
Sit jecur: in reliquis vulnera fige locis.

Aliter.

119 Sunt aliis facienda locis tibi vulnera, nolunt
Cedere vulneribus corque jecurque tuis.

Aliter.

120 Plagas fige tuas reliquis in corpore membris,
Vulnera nulla ferant corque jecurque mihi.

Aliter.

121 Sanguine membra fluant aliis in partibus, hepas
Vulnera non capiat corvè, jecurvè meum.

Aliter.

122 Sanguine membra fluant in corpore relliqua nostro,
Quo mage sis cordi, sis jecorique favens.

Aliter.

123 Sæva pharetrati patientur vulnera Amoris
Omnia membra, jecur, cor quoque si excipias.

Aliter.

124 Sis bonus, ô fœlixq; meis in pectore fibris,
Sævus, & infœlix artubus esto aliis.

Aliter.

125 Fibras cum venis, jecoris cordisque relinque,
In reliquum corpus cum sis Amor jaculans.

Aliter.

126 Disrumpas reliquos artus mihi (dure Cupido)
Sis bonus ast cordi, sis bonus ast jecori.

Aliter.

127 Exta vores sine fine, modo sine, corporis ulla,
Salvum si pectus, si sinis esse jecur.

Aliter.

128 Sunt alio vertenda tibi tua tela Cupido?
Non locus est illis pectore, non jecore.

Aliter.

129 Gloria nulla tibi renes penetrasse sagittis
Prætorea corpus quum petis omne meum.

Aliter.

130 Quum petis omne meum corpus (truculente) perempto
Pectore, quanta tibi gloria quæso foret?

Aliter.

131 Lædere corvè, jecurvè mihi, quum cætera possis
Lædere membra, tibi gloria nulla foret.

Aliter.

132 Est decus eximium, nec cor, nec tangere renes,
Omnia si tangis viscera prætenea.

Aliter.

133 Quos te cunque juvat pertingere corporis artus
Ne juvet aut pectus, vel terigisse jecur.

Aliter.

134 Nec mihi cor, nec tange jecur, sed cætera, si vis
Iure licet telis tangere membra tuis.

Aliter.

135 Si libet (ah) poteris, potens parcisse Cupido
Cordi, tum jecori, cætera membra petens.

Aliter.

136 Transfiges (satis est) cunctas in corpore partes,
Noli pectoribus vulnera ferre meis.

Aliter.

137 Ingere per rigidos fera vulnera corporis artus,
Vim nullam cordi nec facias jecori.

Aliter

138 Annè putas dignum dulci te nomine Amoris,
Si mihi cor figis, si petis usque jecur.

Aliter.

139 Non ego te dignum censebo nomine Amoris
Si cordis sedes, si jecorisque feris.

Aliter

140 Cur mea figis (Amor) duro præcordia ferro?

Missili-

Missilibus reliquos corporis urge locos.

Aliter

141 Vulnere nulla vacent morituro in corpore membra:
Vulnere fac careant, corque jecurque mihi.

Aliter

142 Vulnificum distringe tuum per corpora ferrum:
Ne liceat gladio cor temerasse tuo.

Aliter

143 Bella cruenta move reliquis in corpore membris;
Cordi, nec jecori bella cruenta move.

Aliter

144 Esse relicta velis mihi corque jecurque Cupido:
Membris ast reliquis vulnera saeva dato.

Aliter

145 Sunt aliis figenda locis tibi corpora nostra:
Tela decet cordi non jaculasse tua.

Aliter

146 Membra ruant transfossa tuis (Amor impie) pennis,
Ne pungas jaculis corvè, jecurque tuis.

Aliter

147 Sit pax alma meo cordi, jecorique Cupido:
Partibus in reliquis bella cruenta cie.

Aliter

148 Est locus in reliquo figendi corpore tela,
Non sit corde locus figere tela tibi.

Aliter

149 Nonnè potes vacuum pectusque jecurque sagittis
Linquere? sunt alio tela locanda loco.

Aliter

150 Quodlibet è reliquo mihi corpore corripe membrum:
Nolo corripias corvè, jecurque meum.

Aliter

151 Quae rabies toties, totiesque petere omnia membra,
Et cordi, & jecori parcere nolle meo?

Aliter

152 Quum non sint exempta tuis mihi membra sagittis
Cætera: vis pectus: vis violare jecur?

Aliter

Aliter.

153 O tandem ſatia reliquis te corpore membris,
Contineas cordi ſanguineaſque manus.

Aliter.

154 Dici tunc mereris Amor, qui pectoris aream
Oppugnas armis, cætera membra ſinens?

Aliter.

155 Renes & pectus ſalvos ſine (quæſo) Cupido,
Cætera ſi tædis pungere membra licet.

Aliter.

156 Pectora cur (pharetrate puer) ſervare recuſas?
Hæc ſi prætereas, viſcera cuncta pete.

Aliter.

157 Vulneribus caſſum cum pectore linque lienem.
Hæc ſine, vulneribus cætera membra grava.

Aliter.

158 Mitte mihi renes cum pectore (quæſo) Cupido;
Aſt alios artus obrue vulneribus.

Aliter.

159 Sint extra teli jactus præcordia noſtra:
Telorum jactus reliqua membra ferant.

Aliter.

160 Vulnera ſiqua cupis reliquis infligere membris,
Infligas, modo non corvè jecurvè premas.

Aliter.

161 Sævus Amor dicére mihi præcordia pungens:
Mitis Amor, quamvis cætera membra petas.

Aliter.

162 Non mihi Amor, ſed amaror eris, dum pectora pungis,
Pungere quum liceat reliqua membra tibi.

Aliter.

163 Lædis non lædenda, jecur, dum corque ſagittis
Trajicis, arma aliis injice (quæſo) locis

Aliter.

164 Pungis quæ nolunt pungi mihi membra Cupido,
Non igitur dignus nomine Amoris eris.

Aliter.

165 Pectora figendo, cum figere cætera poſſis

Viſcera,

Viscera, non es Amor sed mihi amarities.

Aliter.

166 Si cupis, ex aliis tibi quodlibet arripe membris,
Non patiar pectus, vel jecur arripias.

Aliter.

167 Corporis haud ullæ partes tua ferre recusant
Vulnera, vulneribus sit sine (quæso) jecur.

Aliter.

168 Quum ferias, pectus nolito ferire Cupido,
Ilia, sed telis cætera rumpe tuis.

Aliter.

169 Corporis in reliquo tua conjice tela meatus,
Hepatis, & cordis ne penetrato domos.

Aliter.

170 Cordi sis mitis, jecori simul esto benignus,
Artubus ast aliis, si libet, esto ferox.

Aliter.

171 Esto ferox aliis membris, sed parcito cordi,
Hepar & intactum præteriisse velis.

Aliter.

172 Sanguinis ô fitibunde, manus nec sanguine cordis
Imbue nec jecoris, corporis at reliqui.

Aliter.

173 Percita si stimulis sint cætera membra, relinque
Expers cor stimulis, & sine falce jecur.

Aliter.

174 Cordis nec jecoris, mihi funde Cupido cruorem,
Corporis in reliquis partibus esto ferus.

Aliter.

175 Ponito barbariem, tibi si cum pectore res est,
In corpus reliquum barbarus esse potes.

Aliter.

176 Si gaudes feritate, aliis in corpore membris
Esto ferox: cordi, nec jecori esto ferox.

Aliter.

177 Crudum ne machinere nefas in corvè, jecurvè
Crudum aliis membris volvito mente nefas.

Aliter.

Aliter.

178 Corpore cum reliquo cernantur vulnera Amoris,
Vulnera sint læso pectore nulla mihi.

Aliter.

179 Bellica si te tela juvant, à pectore tela
Transfer, & in reliquo corpore tela preme.

Aliter.

180 Sis strenuus jaculans reliquos in corporis artus,
Debilis in pectus, cum jecore esto manus.

Aliter.

181 Fac stimulis stimules aliud de corpore membrum;
Ne stimulis stimules corvè, jecurque tuis.

Aliter.

182 Tela nihil curo, reliquos si vertis in artus:
In jecur, aut pectus vertito nulla mihi.

Aliter.

183 Expers sit telis mihi cordis jecurque: sagittas
Quodlibet in membrum vertito præterea.

Aliter.

184 Cor præterque jecurque manos si læserit omnes
Articulos (parvi duxero) cæcus puer.

Aliter.

185 Articulos nullos in toto corpore sanos
Linquat amor, si non corvè, jecurve necet.

Aliter.

186 Si mihi præterea cunctos convellere nervos
Fortè libet, fibris pectoris (oro) fave.

Aliter.

187 Nil moror (ô crudelis Amor) si spicula versos
Partes in reliquas: cordque jecurque fuge.

Aliter.

188 Si pereant reliquæ partes tua tela ferendo,
Ne pereant stimulis corda petita tuis.

Aliter.

189 Lethifer in reliquos artus sis, spicula cordi
Ignea nulla move, ferrea nulla move.

Aliter.

190 Infensus reliquis esto de corpore membris.

Ne

Ne cordi, aut jecori sis inimicus Amor.

Aliter.

191 Ne crucies hepar, nec cor, queis parcere si vis.
Articulos reliquos pungere ne metuas.

Aliter.

192 Punge age, punge minax. alias in corpore partes.
Non læsisse decet pectora vulneribus.

Aliter.

193 Dimittas placide pectusque jecurque Cupido.
Cætera sunt cultro membra relicta truci.

Aliter.

194 Ne sit præda tuis mihi corvè, iecurvè sagittis.
Sit tibi de reliquo corpore præda meo.

Aliter.

195 Prædator corpus reliquum: spoliare sagittis
Hepar, vel pectus sit tibi relligio.

Aliter.

196 Nec mihi cor iaculis, nec pectora cæde Cupido:
Victima sint gladio cætera membra tuo.

Aliter.

197 Viscera visceribus discerpito: salva relinquas
Corda, jecur validum linque Cupido mihi.

Aliter.

198 Sospes ab infestis sit corque iecurque sagittis;
Infestas aliis artubus adde faces.

Aliter.

199 Hepar, & intactum pectus mihi linque Cupido,
Intereant calamis cætera membra tuis.

Aliter.

200 Cætera qui potis es iaculis prosternere membra,
Pectoris, & jecoris commiseraror Amor.

Aliter.

201 Lædere (quod satis est) tibi fas est cætera membra.
Linquito (quod minimum est) corque iecurque meum.

Aliter.

202 Sunt alio tua tela tibi vertenda Cupido,
Nam renuunt iaculis pectora nostra peti.

Aliter.

Aliter.

203 Nulla tuos fugiunt arcus in corpore membra;
Mittere si cessas in mea corda manus.

Aliter.

204 Vulnificos horrent enses mea pectora: dirig
Ast alios artus confodias jaculis.

Aliter.

205 Quaslibet in reliquis partes transfigito membris
Ne ferias gladio pectora nostra tuo.

Aliter.

206 Pectora cur lædis: cur hepar non finis? Artus
Omnes præterea figere cum liceat?

Aliter.

207 Quis furor indomitus præcordia nostra premendo?
Membra licet ferias omnia præterea.

Aliter.

208 Quod tibi cunque placet reliquo de corpore membri
Trajicias: pectus ne modo trajicias.

Aliter.

209 Membra patent toto tibi corpore nostra Cupido,
Ne violes pectus, ne mihi læde jecur.

Aliter.

210 Omnia membra petas, pete viscera cuncta: relinquas
Infractum tandem cor que jecurque mihi.

Aliter.

211 Cor præter, præterque jecur (lascive puelle)
Omne tuo corpus subjacet imperio.

Aliter.

212 Non est (crede mihi) si cætera membra fatigas,
Magnum, vel cordi parcere, vel jecori.

Aliter.

213 Non est (crede mihi) cordi, jecorive favere
Magnum, si reliquo corpore sævit Amor.

Aliter.

214 Cor præter, præterque jecur sint omnia membra
Corporis, imperio subdita jure tuo.

Aliter.

215 Quàm matri es charus, tam sint tibi chara Cupido
Pectora;

Pectora: sis aliis artubus usque ferox.

Aliter.

316 Hens veneri dilecte puer, nec percute pectus,
Nec jecur: ast ferias cætera membra licet.

Aliter.

317 Pectoribus misereſce meis, misereſce Cupido
Hepatis: in reliquo corpore ſævus eris.

Aliter.

318 Pectoris, & jecoris misereſce Cupido, nec ullis
Præterea membris corporis eſto favens.

Aliter.

319 Non ſunt ulla tuis exempta Cupido ſagittis
Membra, jecur, pectus ſi modo non cupias.

Aliter.

320 Si non arripias pectuſvè, jecurvè, petenda
Cætera de reliquo corpore membra manent.

Aliter.

321 Cætera de reliquo remanent tibi corpore membra,
Quo magis & cordi, tum jecori eſto favens.

Aliter.

322 Eſto favens cordi, jecoris miſerere Cupido
Aſt aliis membris ne miſeretor Amor.

Aliter.

323 Quo magis in reliquos tibi jus eſt corporis artus,
Hoc magis eſto favens renibus, & jecori.

Aliter.

324 In reliquos tutus graſſabere corporis artus,
Pectoris, & jecoris ſed miſerere mei.

Aliter.

325 Mitem te præſtes jecori cum pectore, ſævum
Te licet oſtendens partibus aſt aliis.

Aliter.

326 Igniferas adhibeto faces in cætera membra,
Salva tamen maneant corque jecurque meum.

Aliter.

327 Vulnera ſi reliquo ſenſerunt corpore membra,
Nulla decet pectus vulnera ferre meum.

Aliter.

Aliter.

228 Tabificum jecori, nec cordi immittito vulnus:
Membris aſt aliis vulnera dira feram.

Aliter.

229 Vulnera ferre recuſat (Amor) pectuſque jecurque,
Vulneribus ſcateant relliqua membra licet.

Aliter.

230 Horreſco referens, ſint omnia relliqua vulnus
Membra, jecur demat, pectora demat Amor.

Aliter.

231 Horreſco referens, nihil eſto corpore ſanum
Præterea: ſanum cor ſit, & hepar, Amor.

Aliter.

232 Horreſco referens, fruſtratim cætera membra
(Integra ſi maneant corque jecurque) ſeca.

Aliter.

233 Horreſco referens, in fruſtula corporis artus
Omnes præter cor, & jecur (ecce) ſeca.

Aliter.

234 Viſcera viſceribus divellito: pectora ſalva,
Hepar ſed ſolidum linque Cupido meum.

Aliter.

235 Confode vulneribus, vel ſingula membra, vel artus:
Ne noceas cordi ne noceas jecori.

Aliter.

236 Immunis reliquo ſit portio corpore nulla,
Ne tamen allidas pectora cum jecore.

Aliter.

237 Pectoribus cohibeto manus, jecorique nefandas:
Impingas reliquis vulnera particulis.

Aliter.

238 Pectoribus deſiſte meis, deſiſtito cordi,
Sanguineas reliquo corpore tinge manus.

Aliter.

239 Expetis in reliquum corpus ſævire Cupido?
Eia age molliculum ne mihi tange jecur.

Aliter.

240 De reliquis membris agitato (cruente) triumphum:

Aſt

Aſt jecur, aut pectus non violare licet.

Aliter.

241 Cor ſine, mitte jecur: reliquis de corpore membris
Ne faveas, quævis ſed pete, ſi libeat.

Aliter.

242 Non precor, ut reliquis faveas de corpore membris,
Sed precor, ut cordi ſis bonus, & jecori.

Aliter.

243 Cur dedignaris cor, hepar (mollia membra)
Linquere: de duris arripe particulis.

Aliter.

244 Fortia membra tuis diſrumpe Cupido ſagittis:
Mollia ſed telis ſit violare nefas.

Aliter.

245 Eia age, viſceribus reliquis immittito ferrum,
Sed ſcelus eſt pectus, vel ſpoliare jecur.

Aliter.

246 Si ſpolias, ſpolia quæ ſunt ſpolianda: relinque
Inviolata mihi corque jecurque meum.

Aliter

247 Si violas, viola violanda Cupido, cruentas
Et cordi, & jecori comprime quæſo manus.

Aliter

248 Non ego ſanguineas reliquo de corpore pennas
Dimoveas oro, linquito quæſo jecur.

Aliter

249 Aſper & in reliquo ſis ſævus corpore: parmis
Lethiferis pectus, nec jecur aggredere.

Aliter

250 Cur amor in reliquas non torques ſpicula partes?
Non capiant calamos pectora noſtra tuos.

Aliter

251 Te dominum agnoſcunt reliquæ de corpore partes,
Horrent imperium, corque jecurque tuum.

Aliter

252 Non ego quin reliquos configas corporis artus
Detrecto: ſalvum tu modo linque jecur.

Aliter.

253 Non ego detrecto, quin cætera membra cruentes,
Corque jecurque meum si modo non crucias.

Aliter.

254 Si modo non crucias mihi cor, heparvè, per omne
Corpus præterea (nil veto) tela dabis.

Aliter.

255 Membra venenatis si cætera perdere telis
Possit Amor, cordi parcito cum jecore.

Aliter.

256 Sentiat (ô) reliquum corpus crudelia tela,
Crudelis non sis percutiendo jecur.

Aliter.

157 Cætera membra tuum sentire (cruente) vigorem
Permitto: ne sis in mea corda ferox.

Aliter.

158 In mea membra ferox cum corporis omnia possit
Esse, jecur finito, pectora linquat Amor.

Aliter.

259 Te tetricum præstato aliis in corpore membris:
Nec rigidus cordi, vel jecori esse velis.

Aliter.

260 Durus Amor membris aliis erit, haud erit erga
Corque jecurque meum (mollia membra) terux.

Aliter.

261 Cor præter, præterque jecur, si lædis ad unum
Corporis istius, nil moror articulas.

Aliter.

262 Cor præter, præterque jecur, si cætera lædis
Membra, parum curo corpore de reliquo.

Aliter.

263 Cætera (tangendi si sit tibi tanta voluptas)
Membra premas, hepar, pectora nefodito.

Aliter.

264 Membra (voluptas si tibi sit tam magna petendi)
Cætera punge, manus comprime de jecore.

Aliter.

265 Vnumquodque ferito meo de corpore membrum,

Pectus

Pectus & hepation vulnere cassa fine.

Aliter.

266 Pelle moras, strenuusque tubos pete corporis omnes:
Ense tamen renes, pectora ne ferias.

Aliter.

267 Si finis (ah) finito quæ sunt præcordia chara,
Sed tubulos reliqui corporis ice mei.

Aliter.

268 Si tandem parcas ullis de corpore membris,
Parce Cupido meis renibus, & jecori.

Aliter.

269 Parcis? parce meo jecori, mea pectora serva,
Non rogo pro reliquo corpore (cæce puer.)

Aliter.

270 Cæcus sis si quando tuas in pectora pennas
Mittere vis: alias lumina clara sient.

Aliter.

271 Sint infixa aliis tua spicula partibus, hepar
Incolume esto meum, pectus & incolume.

Aliter.

272 Lædis? læde alios artus: absconde sagittas
Queis mihi nec pectus, nec violato jecur.

Aliter.

273 Non jecur est jaculis, non sunt penetranda sagittis
Pectora? sunt alibi tela locanda tibi.

Aliter.

274 Cætera sunt telis loca corporis apta Cupido
Figere avebis Amor corda ferire cave.

Aliter.

275 Altera conveniunt jaculis loca corporis, ense
Nonnè pudet pectus contaminare meum.

Aliter.

276 Sunt universa tuis subjecta Cupido sagittis
Membra, finis pectus, si finis hepation.

Aliter.

277 Nec premitor pectus jaculis, nec perditor hepar,
In reliquos artus ensis adactus erit.

Aliter.

278 Mucro Cupidineus per cætera membra vagator,
Si non in tenerum pectus adactus erit.

Aliter.

279 Hue enſis properet per languida membra Cupido,
In cor molliculum non properato tamen.

Aliter.

280 Heus haurito enſis mea viſcera ſævus Amoris,
Non tamen haurito pectora, vel jecora.

Aliter.

281 Si te nulla mei tangit miſeratio cordis,
Relliqua membra potens perdere, ſævus eris.

Aliter.

282 Si te non jecoris tangit miſeratio noſtri
Cætera membra petens, trux, & amarus eris.

Aliter.

283 Si non demoveas à noſtro corpore ferrum
Cætera membra valens figere, durus eris.

Aliter.

284 Trux eris, & durus lædendo corvè, jecurvè,
Lædere membra valens omnia præterea.

Aliter.

285 Vtere (Amor) feritate tua mihi cætera membra
Lædendo: validum ſed mihi redde jecur.

Aliter.

286 Sit validum mihi cor, & ſint firmi quoque renes:
Membra licet fuerint cætera ſana minus.

Aliter.

287 Sanguinis es ſitibundus (Amor) ne ſanguine cordis
Te ſatia, aut jecoris, cætera membra rape.

Aliter.

288 Nec jecur arrodas, nec dentibus arripe pectus,
Compages reliqui corporis arripito.

Aliter.

289 Spicula ſi verſas, in cor ne ſpicula verſes,
Aut jecur, aſt alio ſpicula fige loco.

Aliter.

290 Sanguinolenta patris per cor ne trajice tela:

Ne

Nec jecur, aſt alio conjice tela precor.

Aliter.

291 Vtere (Amor) feritate tua per cætera membra
Graſſando: pectus demito, deme jecur.

Aliter.

292 Corda manent ſi ſalva mihi, nil cætera curo
Membra ſuis armis ſi violavit Amor.

Aliter.

293 Corporis in cunctos irrumpe Cupido meatus,
Pectoris in ſedes ne penetra, aut jecoris.

Aliter.

294 Tolle Cupido manus noſtro de corpore ſævas,
Barbarus in partes eſto Cupido alias.

Aliter.

295 Hepar nec feriat, feriat nec pectora ferrum,
Enſis per reliquum corpus adactus erit.

Aliter.

296 Vade age per reliquum corpus, pete viſcera ferro,
Ne penetres pectus molle Cupido mihi.

Aliter.

297 Vade, ſubi (ô) enſis languentia membra penetra,
Nec mihi triſte jecur, nec mihi pectus adi

Aliter.

298 Vulnifice enſis Amoris eas per cætera membra
Non adeas pectus, non adeaſvè jecur.

Aliter.

299 Strage queas magna reliquas proſternere partes
Illæſo tandem pectore cum jecore.

Aliter.

300 Si properans properas ad cætera membra Cupido,
Ad jecur, aut pectus ne properans propera.

Aliter.

301 Atra lues alios invadat corporis artus,
Nulla lues violet pectora cum jecore.

Aliter.

302 Toxica ſentiſcant mihi cætera membra Cupido,
Sed jecori, aut cordi toxica nulla dabis.

Aliter.

303 Lurida terribilis miſceto aconito cuique
Membro, ſed mihi cor eximе cum jecore.

Aliter

304 Terra venena aliis miſceto in corpore membris
Cor non inficias, non jecur inficias.

Aliter

305 Sunt aliis adhibenda tibi fera toxica membris,
Toxica nulla ferant pectora, nulla jecur.

Aliter.

306 Dira venena aliis de corpore præbibe membris,
Nulla dabis levibus toxica pectoribus.

Aliter

307 Non rogo pro reliquis membris, rogo parcere tantum
Digneris jecori, pectoribuſqqe meis.

Aliter.

308 Cor demas, demaſque jecur, queis parcier opto,
Corporis aſt alios tange Cupido tubos.

Aliter.

309 Tangere ſi cupias, tange omnia membra Cupido,
Nec tangas pectus, tangito nec jecora.

Aliter.

310 Cur jecur, aut renes ferias mihi ſæve Cupido?
Omnes in reliquo corpore lige tubos.

Aliter.

311 Succumbunt telis vexata procacibus ulla
Membra, jecur præter, cordaque præter, Amor.

Aliter.

312 Membra ſolo proſtrata cadant alia omnia: firma
Si maneant jecora, & pectora firma mihi.

Aliter.

313 Læta ſinas mihi corda virere, virere jecurque
Triſte, cadant reliqui corporis articuli.

Aliter.

314 Corporis (heu) alias dum ſternis amor mihi partes,
Erigito mihi cor, erige (quæſo) jecur.

Aliter.

315 Proſtratis aliis de corpore partibus, eia

Nec cor proſternes, ſternito nec jecora.

Aliter.

316 Si tubulos reliqui proſtetnis corporis, ictus
Pectora, corda, jecur non patiantur Amor.

Aliter.

317 Inſtaurato jecur, pectuſque vireſcat, Amoris
Ira ruat reliquos corporis articulos.

Aliter.

318 Deficiant mihi membra ſuo jam robore: robur
Contineat pectus, contineatque jecur.

Aliter.

319 Sit jecori, & cordi facies ſua priſtina: triſtis
Corporis aſt aliis partibus eſſe licet.

Aliter.

320 Mortua ſint quæcunque meo de corpore membra,
Sit jecur aſt vivum, pectora viva tamen.

Aliter.

321 Exhauri reliquos artus, ſit priſtina cordi
Forma tamen, jecori, ſit quoque formâ prior.

Aliter.

322 Marceſcant aliæ partes, ſine pectora tandem
Aſt ſuperinfuſo læta virere mero.

Aliter

323 Si cupis, age alios proſternito corporis artus,
At ſinito infuſo corda virere mero.

324 Dejice languentes reliquo de corpore partes,
Sed jecur erigito, pectus & erigito.

Aliter.

325 Proſtratis aliis compagibus, erige pectus,
Erige languidulum (cæce Cupido) jecur.

Aliter.

326 Hoſtiles adhibeto manus membra omnia contra,
Ne contra admoveas, corda, jecurque manus.

Aliter.

327 Corpus humi ſternas reliquum (nil hoc moror) hepar
Et cor intactum dummodo ſtare ſinas.

Aliter.

328 Si dabis enſe neci mea relliqua membra Cupido,
Non dabis enſe neci pectora, corda, jecur.

Aliter.

329 Invidus in reliquos furioſus & eſto Cupido
Artus, in pectus non ſit at ira gravis.

Aliter.

330 Ira gravis reliquos artus mihi perdat Amoris,
Non jecur, aut pectus perdat at ira gravis.

Aliter.

331 Enervant alias læthæo vulnere partes,
Icta cadant nullo vulnere, corda, jecur.

Aliter

332 Dilacerato alios mihi corporis unguibus artus:
Vngues in pectus mittito, nec jecora.

Aliter.

333 Gaudes torquendo tua ſpicula? mittito tela
In reliquum corpus, corque jecurque ſine.

Aliter.

334 Si tua dum jactas lætaris tela Cupido
In pectus non ſit mittere tela jocus.

Aliter.

335 Mittendis telis lætaris? mitte Cupido
Tela aliò, cordi parce nocere meo.

Aliter.

336 Non decus eſt hepar, non gloria figere pectus,
Cætera ſi liceat figere membra tibi.

Aliter.

337 Hepatio prohibe, prohibe quoq; pectore tela,
Si mittis, mittas tela Cupido alio.

Aliter.

338 Areſcant reliquæ partes, ſed pectora florem
Primum habeant, vivum florcat uſque jecur.

Aliter.

339 Detrudas alios artus, liceat tibi, ad Orcum:
Non eſt trudendi copia danda jecur.

Aliter.

340 Noviſti reliquos artus detrudere ad Orcum:

Non

Non licet aſt orco tradere corda tibi.

Aliter.

341 Mittito corda, jecur, quoque mittito pectora, quævis
Præterea toto corpore membra pete.

Aliter.

342 Complures artus demitte Cupido ſub Orcum,
Cæſſa ſed pectus mittere, corda, jecur.

Aliter.

343 Plurima Plutoni mittatur portio noſtri
Corporis, aſt habeat pectora, nec jecora.

Aliter.

344 Corporis en alias ſub triſtia tartara partes
Mittito: ſed cordi tu mala nulla dabis.

Aliter.

345 Cætera ſi mittas inferno membra potenter,
Peſtiferas cordi noli adhibere manus.

Aliter.

346 Artus vel gladio, rigido vel denique ferro
Detrunca reliquos: corda, jecurque fine.

Aliter.

347 Artus perde alios, dempto cum pectore corde
Queis parci cupio, ſunt quia chara mihi.

Aliter

348 In reliquos artus flammantia conjice tela,
Nec ſis in lumbos, vel mea corda procax.

Aliter.

349 Tela cruenta ferant exta omnia, viſcera cuncta,
Præterito hepatio, pectore præterito.

Aliter

350 Membrorum peſtis reliquorum (ſæve Cupido)
Flammea cur cordi mittere tela paras?

Aliter

351 Lætaris, pulchrumque putas, ſi ſpicula verſas?
Sub juga ne veniant pectora noſtra tua.

Aliter.

352 Spicula ſi reliqui non vitant corporis artus,
Spicula fac vitent corque jecurque tua.

Aliter.

Aliter

353 Sterne alios artus: ſapienter temnere leges
Præduras pectus diſcito (quæſo tuas.)

Aliter

354 Horreſcunt ſtrepitum telorum corque jecurque
Cætera non ſtrepitum membra Cupido timent.

Aliter

355 Confodias ferro languentes corporis artus,
Pectoribus ſinito tela remota procul.

Aliter

356 Non licet in tremulum tranſmittere ſpicula pectus,
In reliquos artus ſpicula cuncta ruant.

Aliter

357 Læthales morſus reliquis infligito membris,
Morſu læthali pectora ne pereant.

Aliter

358 Læthetur reliquum corpus tua tela ferendo:
Nulla ferat pectus verbera, nulla jecur.

Aliter.

359 Figis Amor? liceat dum cætera figere membra,
Cur figis pectus? cur petis hepation?

Aliter.

360 Enſe feris reliquos ſi noſtri corporis artus,
Cur dedignaris linquere corda, jecur?

Aliter.

361 Omnia de fragili cædantur corpore membra:
Cor mihi linquito Amor, linque Cupido jecur.

Aliter.

362 Portio nulla meo ſit corpore libera telis,
Libera ſi maneant corque jecurque mihi.

Aliter.

363 Libera ſi maneant mihi corque jecurque ſagittis,
Membra petas jaculis, cuncta Cupido tuis.

Aliter.

364 Deſine corda tuis, pectuſvè ferire ſagittis,
Non fugiunt ictus relliqua membra tuos.

Aliter

365 Si cor non tangat, nec tangat pectora, partes

Quaslibet in reliquo corpore figat Amor.

Aliter.

366 Viscera viscеribus divellito (sæve Cupido)
Dummodo non violes corvè, jecurvè meum.

Aliter.

367 Ah pudeat, pudeat (truculente) ferire lienem,
Corpore sed reliquo sis licet usque ferox.

Aliter.

368 Si petis, ah ferias quæ sunt ferienda, relinque
Illæsum pectus, nec violato jecur.

Aliter.

369 Qui ruis in reliquos sævus mihi corporis artus,
In jecur, & pectus mitior esse potes.

Aliter.

370 Copia sit reliquos feriendi corporis artus,
Ne ferias telis pectora nostra tuis.

Aliter.

371 Si vis in reliquum corpus tua tela Cupido
Mittere: ne mittas in mea corda faces.

Aliter.

372 Mittito per reliquum corpus tua tela Cupido
Tangendi pectus copia nulla datur.

Aliter.

373 Exoptas reliquos nostro de corpore partes
Figere? cor linquas; mitte Cupido jecur.

Aliter.

474 Esto ferox cunctos in nostri corporis artus:
Lenem te cordi si geris, & jecori.

Aliter.

375 Nec mihi cor, nec fige jecur, si figere certas
Omnia de reliquo corpore membra pete.

Aliter.

376 Qui potes impune reliquas configere partes
Corporis, in pectus spicula nulla jace.

Aliter.

377 Qui potes impune reliquas configere partes
Corporis, (ah) pectus parce ferire meum.

Aliter.

Aliter.

378 Qui potes impune reliquas configere partes
Corporis (ô) jecori parcere disce meo.

Aliter.

379 Qui potes impune reliquas configere partes
Corporis, in pectus cur tua tela jacis?

Aliter.

380 Qui potes impune reliquas configere partes
Corporis (ah) pectus linquito cum jecore.

Aliter.

381 Qui potes impune reliquas configere partes
Corporis, illæsum linque Cupido jecur.

Aliter.

382 Qui potes impune reliquas configere partes
Corporis, à tenero comprime corde manus.

Aliter.

383 Cur sibi tantus amor feriendi pectora, corpus
Si reliquum semper figere possit Amor?

Aliter.

384 Si te tantus amor teneat scelerate Cupido
Figendi, figas ne mihi corda precor.

Aliter.

385 Cætera qui semper poteris transfigere membra
Ne violes telis pectora nostra tuis.

Aliter.

386 Abstineas à corde precor, nec in hepate tela
Figito: si figis, cætera membra cape.

Aliter.

387 Quæ sit, quod cordi, jecori quod parcere nolis
Hæc præter, cunctis figito tela locis.

Aliter.

388 Siveris in reliquo si corpore pectora salva
Cuncta licet telis figere membra tuis.

Aliter.

389 Mittere si cupias, alio tua tela Cupido
Mittito, nec pectus, nec mihi læde jecur.

Aliter.

390 Sunt alio mittenda tibi tua tela Cupido

Non

Non debes telis figere corda tuis.

Aliter.

391 Hepar ceſſato, pectus ceſſato ſagittis
Lædere: de reliquo corpore cura minor.

Aliter.

392 Et jecur, atque meum ſinito cor, mittere ſi vis
Corporis in reliqui mittito membra faces.

Aliter.

393 Exoptas levibus corpus violare ſagittis?
Sint ſalva à telis pectora noſtra tuis.

Aliter.

394 An tibi cum reliquis non ſufficit (improbe membris)
Concertare meis? Ne mihi fige jecur.

Aliter.

395 Enſe petas alios noſtri ſi corporis artus,
Cur cuperes jaculis corda ferire tuis?

Aliter.

396 Mittere ſi cupias, à pectore tela Cupido
Repprime, ſed reliquum corpus Amor petito.

Aliter.

397 Vitato pectus, renes vitato Cupido,
His parcens reliquis partibus eſto ferox.

Aliter.

398 Si finis intactos renes, ſi pectora ſalva.
Omnia de reliquo corpore membra rape.

Aliter.

399 Eſto tibi reliquos feriendi corporis artus
Copia, ſi pectus liqueris incolume.

Aliter.

400 Si cupis (en) reliqui cunctos pete corporis artus:
Sunt linquenda tibi pectora, linque jecur.

Aliter.

401 Linque jecur, cordi, ſi pareas, mitte Cupido
In reliquum corpus fortia tela meum.

Aliter.

402 Eſto immune tuis mihi corque jecurque ſagittis:
Pervia ſint telis cætera membra tuis.

Aliter.

Aliter.

403 Sæva licet reliquo defigas corpore tela,
Infigas jecori ſpicula nulla meo.

Aliter.

404 Ne violes levibus mihi corque, jecurque ſagittis:
De reliquis membris cuncta ferire licet.

Aliter.

405 Perdite, quid teneros violas mihi pectoris artus?
Omnia cum pateant, his ſine, membra tibi.

Aliter.

406 Cætera cum liceat tuto tibi figere membra,
Cur figis tenerum corque jecurque meum?

Aliter.

407 Mollia ne duris violes mihi corda ſagittis,
Per corpus reliquum trajice tela meum.

Aliter.

408 Molle meum levibus pectus ne læde ſagittis,
Cætera ſunt telis membra petenda tuis.

Aliter.

409 Tela per integrum tua corpus mitte Cupido,
Pectus per tenerum mittito nulla meum.

Aliter.

410 Quaſlibet in duro transfigas corpore partes,
Si ſinis intactum pectus habere meum.

Aliter.

411 Ne lædas pectus, nec cor violato Cupido,
De reliquo non eſt corpore cura mihi.

Aliter.

412 Corporis eſt reliqui tibi copia (ſæve Cupido)
Sed datur in tenerum copia nulla jecur.

Aliter.

413 Sit ſatis in reliquum corpus ſævire Cupido,
Integra fac ſerves pectora cum jecore.

Aliter.

414 Nil moror in reliquos ſi ſtringas corporis artus
Spicula, ſi linquas pectora ſalva mihi.

Aliter.

415 Eſto favens jecori, cordique faveto Cupido,

In reliquum corpus sis truculentus Amor.

Aliter.

416 Quid petis (ah) cordis, jecorisve Cupido recessus?
In reliquum corpus fortia tela jace.

Aliter.

417 Desine vulnifico pectus transfigere ferro,
Dum pateant jaculis cætera membra tuis.

Aliter.

418 Quis furor in jecoris teneros sævire Cupido,
In reliquos artus cum licet esse ferox?

Aliter.

419 Est satis in torum corpus sævire Cupido,
In jecur & pectus ne (præcor) esto ferox.

Aliter.

420 Si pateris, poteris jecori parcisse Cupido,
Sævior in reliquos corporis esto locos.

Aliter.

421 Corporis ulla mei ne sit tibi clausa potestas,
Si non in pectus sis ferus, atque jecur.

Aliter.

422 Pars non ulla tibi, mihi corporis esto recluſa,
Ne timeant tristes pectora nostra faces.

Aliter.

423 Cætera de nostro transfigito corpore membra,
In pectus jacias spicula nulla meum.

Aliter.

424 Cætera sunt lædenda tibi de corpore membra,
Non licet in tenerum mittere tela jecur.

Aliter.

425 Mollia præduro ne figas pectora ferro:
Sunt figenda alio spicula sæva loco.

Aliter.

426 In mea ne dirum configito pectora ferrum,
Cum licet in reliquo corpore tela pati.

Aliter.

427 Corporis in reliquas liceat si mittere partes,
Spicula, cur pectus? cur petis hepation?

Aliter.

Aliter.

428 Omnia membra tuis præter jecur (ecce) sagittis
Cum pateant, jecori parcito (sæve puer.)

Aliter.

429 Sentiat ut reliquum corpus tua vulnera, cessa
Per jecur, & pectus mittere tela precor.

Aliter.

430 Si modo salva manent mihi corque jecurque sagittis
Omnia de reliquo corpore membra pete.

